SOPHOCLIS, UT VOLUNT, CLYTAEMNESTRAE FRAGMENTUM

Sophocles, Karl Ludwig Struve

SOPHOCLIS,

UT VOLUNT,

CLYTAEMNESTRAE

FRAGMENTUM.

POST EDITIONEM MOSQUENSEM

PRINCIPEM

EDI CURAVIT NOTIS ADIECTIS

D. CAR. LUD. STRUVE.



RIGAE

SUMTIBUS G. J. C. HARTMANNI.

[illegible]7.

FRIDERICO DE KLINGER

SUPREM. EXCUB. MILITAR. PRAEFECTO
PLURIUM ORDINUM EQUESTRIUM SOCIO
UNIVERSITATIS CAESAREAE DORPATENSIS CURATORI
etc.

PROLEGOMENA.



§. I.

Consilium huius editionis.

Ante annum fere, et quod excurrit Clytaemnestrae, dramatis Graeci, fragmentum hoc, quod nunc typis repetendum curavimus, Mosquae edidit C. F. de Matthaei, Vir Doctissimus atque Celeberrimus, quod tragoediae Sophocleae hoc nomine insignitae initium esse, idem summa ope contendit. Invenerat totum illud fragmentum in codice aliquo Augustano; priores versus

300 acceperat *ab erudito et nobili Graeco, quo Mosquae olim usus fuerat familiariter;* exemplar hoc vocat apographum Alexandrinum, cuius nominis rationem ex ipsius editoris verbis potissimum reddemus. (Praef. pag. VII.) „De apographo Alexandrino nihil proditum erat in litteris ab amico ad me missis, praeter haec: μετεγράφη δὲ τὸ ἀποσπασμάτιον τοῦτο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παρ' ἀνδρὸς λογιωτάτου ἐκ κώδικος δερματίνου, πάνυ παλαιοῦ, περιέχοντος Αἰσχύλου τε καὶ Σοφοκλέους τινὰς τραγῳδίας" —. Patet ex praefatione viri doctissimi, codicem Augustanum ne inscriptionem quidem continere, nedum hypothesin, et personarum indicem, quae ex apographo Alexandrino addita sunt.

Sophoclis vero hanc fabulam haud esse, sed serioris aevi foetum suppositum, miselli monachi, ni fallimur, lucubrationem, cum primum perlegere-

mus libellum, statim vidimus; persuasumque nobis erat, omnibus idem videri debere, qui vel minimam cum Sophocle familiaritatem contraxerint; his itaque non scripsimus, sed iis tantummodo, qui auctoritate tanti Viri abrepti imponi sibi paterentur, ut genuinum Sophoclem se manibus tenere arbitrarentur; praecipua vero causa fuit, ut ipsi editori Doctissimo adsensum extorqueremus, eumque ab admiratione huius opusculi ad despectum abstraheremus.

§. 2.

Scripsitne Sophocles fabulam aliquam nomine Clytaemnestram, necne?

In huiusmodi disputatione, genuinusne sit aliquis auctoris liber, necne, ante omnia ea quaestio tractanda est, an omnino auctor eius nominis librum scriptum reliquerit. Etenim si probari potest, talem ab eo numquam exara-

tum fuisse, tota iam disputatio confecta est, ut per se patet. Atque ad Clytaemnestram quidem, Sophoclis tragoediam, quod attinet, perquam de ea dubitavit Brunckius; (fragm. p. 625. oper. t. 4.) „Fabulam hanc (Clytaemnestram) solus ex omni antiquitate laudavit Erotianus in Lexico Hippocrateo, ubi haec leguntur verba: Αντεόνθεον. τὸν βλάβης ὑπονοούμενον αἴτιον ἔσεσθαι ἄνθρωπον. Αντέον δ' ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸν σώφρονα. ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Κλυταιμνήστρᾳ λέγων· Τὸν δὲ ἄντεον περιδινέοντα οὐχ ὁρᾶτε, καὶ δεῖμα προσπνέοντα ἀντίας θεοῦ. [1]).

[1]) Verba haec persananda aliis relinquo; interim, quid suspicer, haud celabo. Versus Sophoclei duo sunt Senarii, ad quorum posteriorem glossa Erotiani tantum pertinet, quod ex ἀντεόνθεον et ἀντίας θεοῦ patet. In priori itaque senario ἄντεον corruptum est. Jam pro ἀντεόνθεον lego ἀνταῖον θεόν. Sic enim Hesych. ἀνταίας. πολεμίας. ἐχθρᾶς. Σοφοκλῆς Πολυΐδῳ. Exprimit prorsus Latinorum *deum adver-*

Sunt ista sane quam corrupta; et nescio an emendandi conatum frustatura: huic itaque supersedeo. Sed quid suspicer, interim non celabo: nempe ad superstitem Electram ista pertinere, cuius quum finis sit Clytaemnestrae mors et ultio, hoc titulo potuit a veteribus citari. Prolata ab Erotiano verba, si quo in codice sincera reperirentur, lacunam forte explerent, quae est in Electra v. 1432. Sophoclis Clytaemnestram laudatam fuisse ab Hesychio in Ἀράβῳ opinati sunt viri quidam docti." Nititur itaque tota Cly-

sum. Quod vero adiicit, Ἀντέον esse σώφρονα, id quid sibi velit, nullo modo assequi possum; sunt certe corruptissima verba. Versus ipsi sic forsan scribendi:

τὸν – υυ περιδινέοντ᾽ οὐ λεύσσετε,
καὶ προσπνέοντα δείματ᾽ ἀνταίας θεοῦ;

Sunt forte verba Cassandrae de Agamemnone; iam dolosa veste irretito, et timoris pleno circumcursante.

taemnestrae auctoritas solo Erotiani testimonio; nam ex coniectura illa virorum doctorum ad Hesychium nullum testimonium peti potest; quippe quae tum demum ad verum accedere potest, ubi satis demonstratum esse, exstitisse eius nominis tragoediam. Nullam possideo Hesychii editionem, quam Hagenoensem, a. 1521., ubi locus citatus sic legitur. Αῤάβῳ, Ψόφῳ, ἐν χύρῳ (f. ἰσχυρῷ), μνῆστρα. Ex ultima voce, corrupta sane, videntur suspicati esse, mentionem hic factam Clytaemnestrae esse. Sed mittamus haec, et videamus Erotiani auctoritatem, quam ita subvertere vult Brunckius, ut Electram Sophoclis et alio nomine Clytaemnestram appellatam fuisse contendat. Duplex eiusmodi titulus saepe occurrit. Sic fabula Sophoclis *Acrisius* etiam Λαρισσαῖοι vocabatur, cf. Br. in fragm. p. 593. Citatur modo eiusdem *Hippolytus*, modo *Phaedra*, cf. Fabric. Bibl. Gr. T. 2.

p. 209. Harl. Potuisset quoque Brunckius Erotiani auctoritatem alia ratione infringere. Notissimum est enim, veteres in versibus tragoediarum citandis loco fabulae nominis eius nomen nonnumquam posuisse, ex cuius ore versus illi in tragoedia proferuntur. cf. indic. Tragoed. deperditarum Sophoclis v. *Admetus*, *Aemon*, *Tecmessa*. Euripidis v. *Capaneus*, *Pasiphae*, *Phaedra* in Fabricii Bibl. Gr. ed. Harles. Alterutrum horum Erotianum committere potuisse, haud quidem negabimus. Verum habemus causam dubitandi. Multa enim tum Sophoclis tum Aeschyli et Euripidis dramata citavit Erotianus; inter haec nullum occurrit, quod alio, quam recepto nomine, citavit. cf. indic. tragoed. deperdit. Aeschyli s. v. *Aedoni*, *Sisyphus*. Soph. *Ἀλέαδαι*, *Amphiaraus*, *Helena*, *Iphigenia*, *ποιμένες* sive *pastores*. Euripidis *Alcmaeon*, *Antiope*, *Eurystheus*,

Oedipus, *Polyidus*, *Phoenix*. Corrupti quidem nonnulli fabularum tituli apud eum reperiuntur, sed facillime ii restituti, cf. indic. laud. Soph. v. *Erigone Euripid.* s. v. κλεῖδες, *Oeneus*. Cur itaque statuamus, Erationum in hoc solo dramate laudando receptum morem deseruisse? Equidem nullam causam video. Nomen corruptum esse potest, ut aliud substituatur; verum, si haud corruptum est, laudavit certe Erotianus Clytaemnestram aliquam Sophoclis.

Addamus iam duo alia argumenta, quibus probabile fit, Sophoclem tragoediam scripsisse, Agamemnonis necem enarrantem. Alterum in eo mihi inesse videtur, quod Sophoclis *Aegisthus* laudatur. (Br. p. 591.) Aegisthi nomine duae tantum fabulae insigniri potuissent, vel illa, quae necem Agamemnonis, per Clytaemnestram et Ae-

gisthum patratam, exponeret, vell illa, qua mors Aegisthi per Orestem traderetur. Posterius hoc argumentum in Electra tractavit Sophocles; prius itaque in *Aegistho* sive *Clytaemnestra*; forent enim haec nomina unius eiusdemque fabulae duae variae inscriptiones, nisi quis malit, Sophoclem duplicem eius tragoediae recensionem edidisse, (quemadmodum Aristophanes Pluti, Euripidesque Hippolyti); quod mihi haud probabile videtur. Habebimus itaque, ni omnia nos fallunt, duo testimonia, loco unius, exstitisse huius argumenti tragoediam Sophocleam.

Alterum vero argumentum, quod diximus, ex coniectura ductum est. Omnes fere Graecorum tragici res Tantalidarum, eorumque variam fortunam scenae commiserunt; atque ita plerumque, ut totam illam Tantali posterorum historiam tragoediis comprehenderent,

incipientes a Pelope, atque in Orestis et Hermiones fatis desinentes. Cyclus hic sequentes fabulas comprehendit: mortem Oenomai et nuptias Hippodamiae; Atrei Thyestisque filiorumque facinora; Iphigeniae fatum; Agamemnonis reducis necem; Orestis de matre et Aegistho ultionem; eiusdem fugam, a Furiis vexati, et lustrationem; similiter Menelai et Helenae fata; Hermiones historiam. In eo tantum discrepabant tragici, quod alii totum hunc ambitum emetirentur, alii partem eius tantum, sed ita, ut non hoc illudve argumentum e medio arriperent, ut potius continuam seriem fabularum invicem se excipientium conderent. Sic Aeschylus Agamemnonis et Orestae fata comprehendit quatuor fabulis, *Iphigenia*, deperdita tragoedia, et *Agamemnone*, *Choëphoris*, *Eumenidibusque*, superstitibus. Sophocles vero totum illum cyclum fere repraesentavit. Incipit a

Pelope, (vide fragmenta ex *Oenomao* Br. p. 640). Tum Atrei et Thyestis historiam tribus fabulis persequitur, (cf. Br. p. 604 et 618. Fallitur sine dubio Heeren V. D. qui *Thyesten* et *Atreum* pro una eademque fabula habet, ad Stob. eclog. T. 1. p. 157). Agamemnonis res itidem tribus fabulis enarravit, *Iphigenia*, (cf. Br. p. 622), *Clytaemnestra* sive *Aegistho*, et *Electra*, superstite dramate. Menelai, Helenae et Orestis fata pluribus quoque tragoediis repraesentavit. (Citantur ex eius fabulis, quae huc pertinent, *Tyndareus* Br. p. 658. *Helena* [plures eo nomine fuerunt fabulae] Br. p. 610. *Hermione* p. 614. *Andromache* p. 602). Jam, quaeso, num credibile est, eum totam hanc Pelopidarum historiam tractavisse, omissa gravissima fabula, Agamemnonis necem continente? Mihi quidem firmissimum argumentum ex hac dramatum serie peti videtur, scripsisse So-

phoclem Clytaemnestram aliquam. — Ex fragmentis incertarum tragoediarum Sophoclis (Br. p. 670 seqq.) ad has de Pelopidis fabulas pertinere mihi visa sunt fragm. 56. [a]) quod in *Helena*, fabula, locum haberet; (Br. p. 685) praeterea fragm. 85. p. 695.

παῖδας μὲν, οὓς ἔφυσ', ἀναλώσας ἔχει.

„Hic senarius de Thyeste dictus videtur." Sic Brunckius. Nihil certius. Similem sententiam invenies apud Senec. Agam. v. 26. ubi Thyestis umbra sic loquitur:

liberis plenus tribus
In me sepultis, viscera exedi mea.

Similiter ad ipsam illam tragoediam, quae Agamemnonis triste fatum enarrabat, sine dubio pertinet fragm. 86. Br. p. 695.

Ζεὺς

a) Nisi potius hoc fragm. pertinuit ad Ἀχαιῶν σύλλογον. cf. Br. p. 605.

Ζεὺς ἐπὶ νόστου ἄγει
τὸν νικομάχαν καὶ πανσανίαν
Ατρεΐδαν.

Sunt chori verba, ob Agamemnonis reditum laeti. Simillima leguntur in nostro fragmento v. 88 seqq. Pertinet tandem ad aliquam harum tragoediarum, ubi Atrei mentio iniecta erat, altera pars fragmenti 90. Br. p. 696.

Sed redeat oratio nostra ad propositum; satis, ni fallimur, in praecedentibus demonstravimus, esse maximopere probabile, (confici enim, nisi certioribus testimoniis adductis, res haec nequit) Sophoclem scripsisse fabulam aliquam, quae Agamemnonis per Clytaemnestram et Aegisthum interitum enarravit. Verum id tragoediae simili argumento fragmentum, quod Mosquae primus nunc edidit celeberrimus Matthaei, Sophoclis haud esse, sed longe senioris scriptoris, in sequentibus iam demonstrabimus.

§. 3.

Demonstratur, hoc fragmentum haud Sophocleum esse.

A. Ex oeconomia huius dramatis.

Totam fabulam, ut ex hypothesi, fragmento praefixa, intelligere licet, prorsus ita constituit et descripsit auctor noster, quemadmodum Seneca in Agamemnone. Id tantum inter utrumque scriptorem interest, quod alium prologum (Tisiphonen) exhibeat noster, alium (Thyesten) Seneca; et quod Seneca tum duplicem chorum habeat, tum partes aliquas Eurybati, Agamemnonis praeconi, tribuat. Omisit haec noster, et potuit sane omittere. In reliquis vero prorsus conspirant. Iam videamus, quid displiceat in hac fabulae descriptione, quam hypothesis servavit.

Inter nomina personarum occurrit Strophius, cuius quaenam in ipso dra-

mate partes fuerint, ex hac hypothesi intelligitur. Ὀρέστης δὲ προεξαρπάζεται τοῦ κινδυνοῦ, προμηθείᾳ τε τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς, καὶ Στροφίου συμπράττοντος. Strophius itaque adest Mycenis, eiusque opera servatur Orestes. Quam rem scriptor uterque, et Sophocles hicce, et Seneca, contra totius antiquitatis disertissima testimonia finxerunt, quae Strophium, regem Phocidos, tunc absentem, Orestem, ab Electra sibi missum, recepisse narrat. Loca veterum in re notissima cumulare, haud opus est. Euripid. Electr. v. 14.

τὸν μὲν πατρὸς γεραιὸς ἐκκλέπτει τρόφευς
μέλλοντ' Ὀρέστην χερὸς ὑπ' Αἰγίσθου θανεῖν,
Στροφίῳ τ' ἔδωκε Φωκέων εἰς γῆν τρέφειν.

Pind. Pyth. 11, 52.

ὁ δ' ἄρα (Orestes) γέροντα ξένον,
Στρόφιον, ἐξίκετο νέᾳ κεφαλᾷ,
Παρνασσοῦ πόδα ναίοντα.

Hygin. fab. 117. in fine. *At Electra, Agamemnonis filia, Orestem fratrem infantem sustulit, quem demandavit in Phocide Strophio, cui fuit Astyochea, Agamemnonis soror, nupta.* — At concedamus, Sophoclem nunc alios mythos secutum esse, quam ceteros tragicos aliosve poëtas, numquam tamen aliquis id mihi persuadebit, ipsum Sophoclem, in duabus fabulis, se excipientibus, diversa narravisse neque congruentia. In utroque certe Oedipode, nihil est, quod non optime cum reliquis quadret, nihil, quod invicem discrepet. Longe aliter res in hoc dramate se haberet, si Sophocles esset. Quomodo enim cum his, quae in hypothesi Strophii partes narrantur, conciliabimus, quae Sophocles haud dubitatus in Electra habet v. 11 seqq. (verba sunt Paedagogi, Orestem Argos reducentis)

ὅθεν σε πατρὸς ἐκ φόνων ἐγώ ποτε,
πρὸς σῆς ὁμαίμου καὶ κασιγνήτης λαβὼν,
ἤνεγκα, κ᾽ἀξέσωσα, κ᾽ἀξεθρεψάμην
τοσόνδ᾽ ἐς ἥβης, πατρὶ τιμωρὸν φόνου.

Nil apertius esse potest. Sophocles, paedagogum aliquem, servum, prodit ministrum, cui Orestes salutem debuerit, nullo modo Strophium, regem, et ipsi Agamemnoni cognatum. (cf. Schol. ad Eurip. Or. 33. Heyne V. D. ad Apollod. pag. 309.) Qua de re sic existimandum est, Sophoclem ipsum numquam id commissurum fuisse, ut in duabus fabulis, (quarum arctissima est coniunctio, ita ut altera alteram respiciat) eandem narrationem diverso modo narraret. Laudandumne fuisset, si Sophocles in Oedipode tyranno aliam narrationem secutus esset, atque in Coloneo? Inest in hac narrationis diversitate signum evidentissimum νοθείας huius fabulae.

§. 4.

B. Ex ipsius linguae Graecae ignorantia.

In hoc argumento illustrando, et quae praeterea deinceps sequentur, breviores esse possumus, quoniam in notis uberius haec exposuimus. Ignorantia linguae Graecae, qualem hic scriptor eam ostendit, tantum abest ut in Sophoclem, tersissimum et purissimum scriptorem cadat, ut ne undecimi aut duodecimi seculi p. C. n. quidem scriptori alicui condonanda sit. Labitur noster non minus in levioribus quam in gravioribus; ne prima quidem linguae Graecae rudimenta calluit. Formas verborum activas, quas vocant, cum passivis permutat, et vicissim passivas cum activis, cf. not. ad v. 9. ad v. 30. ad v. 179. etc. Invenies apud eum modorum et temporum formas, quae nusquam occurrunt, ut χύσασθαι v. 276, quae adeo linguae legibus contrariae

sunt. Sic πεφονευθῆναι v. 286. Inveniuntur voces, quas in ceteris omnibus scriptoribus Graecis frustra quaeres. cf. not. ad v. 167. ad v. 231. Voculas istas γέ, δέ, τέ aliasque ubique interponit, praesertim ad metrum fulciendum, sed ineptissime, vide not. ad v. 2. etc. Constructionibus utitur parum Graecis; alias, quae Graecae quidem sunt, significatione haud recepta adhibet. cf. ad v. 18. ad v. 20. ad v. 38. ad v. 134. ad v. 150. etc. In suavi collocatione verborum, qualem Graecus sermo postulat, saepius peccat. cf. ad v. 148. ad v. 218. etc. — Duo praesertim hic notanda sunt, quae, qualis noster scriptor fuerit, satis arguant. Alterum est, quod Latinas loquendi formulas prorsus ad verbum Graece extulit, non tantum iis locis, ubi Senecam imitatus videri possit, (de qua imitatione postea dicemus) sed passim per totum carmen. cf. ad v. 174. ad v. 179. ad v.

290. etc. Alterum vero, quod nonnumquam verbis utitur, quae vel sola in libris Sacris reperiuntur, vel hac significatione nusquam alibi, quam in his libris leguntur. cf. not. ad v. 11. ad v. 193. etc. Quid hinc concludi queat, in fine praefationis videbimus.

§. 5.

C. *Ex consuetudinis tragicorum ignorantia.*

Consuetudinem tragicorum intelligo eam, qua in senariis et chori cantibus praeter Atticam dialectum non reliquis omnibus promiscue usi sunt, sed sollemnibus tantum verborum formis, praecipue Ionicae dialecto propriis (Doricae quoque in melicis). „Licentiae, quam in dialectis sibi permisere tragici, fines accurate constituere perdifficile est; Ionismos tamen quosdam adhibuisse, sed parce et raro, extra controversiam est." Verba sunt eruditissimi

Porsoni praef. ad Hecub. pag. 13. ed. Lips. Quid vero noster? Haud parce et raro iis utitur, sed saepissime, et omnibus promiscue. Frequentissime adhibet Genitivos in αο, εω, οιο, ηος, (ad hanc normam reliquos quoque casus tertiae declinationis extulit); frequentissime eas syllabas, quas Attici contrahunt, solutas reliquit; frequentissime tandem longas vocales, et diphthongos, in fine vocum abiecit, sequenti vocali. (De aliis, quae ad metrum pertinent, in quibus consuetudinem tragicorum violavit, dicemus paragrapho sequenti.) Exempla hic addere haud opus est, quia in animadversionibus omnes eos locos, in quibus talia occurrunt, notavimus. Haud quidem sum nescius, nonnulla eorum, quae nota censoria affecimus, occurrere etiam in ceteris tragicis; sic Eurip. Electr. v. 465.

φαέθων κύκλος ἀελίοιο,

verum sic raro eiusmodi invenias, ut

exempla summo cum studio sint investiganda, at in nostro sponte quavis pagina oculis se subiiciunt. Praeterea neque hoc negligendum esse, frequentius etiam Aeschylum et Euripidem Ionicas has formas adhibuisse, quam Sophoclem, cuius tamen nomen haec editio prae se fert.

§. 6.

D. Ex metri tragicorum quantitatisque syllabarum ignorantia.

Dici fere nequit, quantum in his peccaverit scriptor noster. Quaecunque vitia in metrum admitti possunt, ea fere omnia admisit. Causa horum vitiorum admissorum duplex fuisse videtur; altera in ignorantia quantitatis syllabarum posita est, unde factum est, ut tum eos pedes adhiberet, quos senarius (de hoc solo cur sermo sit, explicavimus in nota ad v. 53.) nullo loco recipit, ut trochaeos, pyrrhichios, cre-

ticos, tum pedes, quos aliae sedes recipiunt, in iis sedibus poneret, ubi non magis adhiberi possunt, ut spondeos et dactylos in paribus locis. Altera vero causa in ignorantia metri inest; putavit enim misellus hic scriptor, licere sibi quaedam in senario, a quibus tragicorum consuetudo prorsus abhorret. Huc referuntur anapaestus, quem in omnibus pedibus usurpavit, hiatus, et augmenti abiectio.

a) De anapaestis in senario iambico tragicorum.

Ex *Hephaestionis* de metris doctrina (cf. Herm. de metris p. 143.) metrum Jambicum omnibus locis recipit anapaestum; at locis paribus apud tragicos rarissime. Recentiorum temporum metrici in hac regula haud acquieverunt; at varias sententias protulerunt. Plerumque obtinuit ea opinio, anapaestum locibus paribus senariorum nisi in nomine proprio haud toleran posse,

Sic *Heathius*, Britannus doctissimus, in tractatu de tragicorum Graecorum metris (Eurip. oper. ed. Barnes-Beck. T. 3. p. 134), qui haec addit; „*et si qui hodie in hisce sedibus deprehenduntur anapaesti, ut aliquoties deprehendi non diffiteor, librariorum incuriae et festinationi omnino hoc imputandum censeo; cum nullum ejusmodi exemplum, ne uno quidem excepto, apud poëtas nostros animadverterim, quod emendationem facilem et obviam non recipiat.*" *Brunckius* vero Hephaestionis doctrinae rursus accessit, anapaestum paribus locis defendens, quamquam et ipse fassus sit, rarissime eum inveniri. cf. not. ad Oedip. Col. 371 et ad Aeschyl. Prom. 265. Longe alia mens est *Porsoni*, acerrimi anapaestorum hostis (praef. ad Hecub. pag. 6. ed. Lips.) „*Tantum scilicet abest, mea sententia, ut anapaestus pro secundo aut quarto*

pede ponatur, ut ne pro tertio quidem, aut quinto substitui possit." Emendat pag. 7. omnia exempla in Sophocle et Aeschylo obvia, ubi anapaestus tertia sede reperitur; et in ambobus his scriptoribus haud ultra duodecim inventa sunt. Adversarium nactus est celeberrimum *Hermannum*[3]), docta disputatione eum refellentem, praef. ad Hecub. pag. 43 — 69. Defendit is quidem anapaestum in omnibus senarii locis, sed usum eius arctissimis finibus circumscribit. Anapaestum in prima sede admittit, *si istae syllabae, e quibus constat anapaestus, omnes eiusdem vocabuli sint.* (pag. 53.) In mediis trimetris, *si omnes anapaesti syllabae in uno, eoque tali vocabulo sint, in quo anapaestum longa syllaba praecedat, ut* Αντιγόνη, Αμφιά-

[3]) Olim Brunckii et Hephaestionis sententiam amplexus erat Vir Doctissimus. (De metris, pag. 150.)

ϱαος, *et similia.* (pag. 60.) Non est meum, argumenta viri doctissimi hic exponere; qui ea nosse cupiet, adeat ipsum librum. Ex diversis his sententiis quaenam amplectenda? Gravissimos quaeque auctores habet. Equidem, quamquam Hermannus plane mihi persuasit, nolo tamen meam sententiam cuiquam obtrudere. Neque ad nostram disputationem nunc opus est, ut aliquam ex diversis his sententiis pro certa habeamus. Nam, quamcunque ex illis arripueris, id tamen constitutum manet, rarissimos esse anapaestos in senario tragico. Iam quid noster? frequentissime eum omnibus locis adhibuit. Fragmentum Clytaemnestrae continet 283 senarios et in his 48 anapaesti inveniuntur! (8 quidem in primo pede, 5 in secundo, 6 in tertio, 22 in quarto, 7 in quinto). En numeros vere Sophocleos!

b) De hiatu in senario iambico tragicorum.

Facilior disputatio est, quae hiatum spectat. Nam, qui de metris scripserunt, in eo consentiunt, hiatum brevis vocalis ante aliam vocalem vel longam vel brevem numquam admisisse tragicos; longae vero vocalis, ad iambos quod attinet, in solis epiphonematibus. (cf. Herm. praef. in Hecub. p. 55. infra not. nostr. ad v. 189.) Reperies vero in nostro fragmento 27 hiatus, numerum haud contemnendum. Hinc aliud foedum scriptoris vitium originem traxit; cum enim persuasum sibi haberet, tali hiatu admisso, corripi posse longam syllabam in fine vocis, posuit saepius spondeos loco iamborum, creticos pro anapaestis etc.

c) De augmenti abiectione in trimetro tragico.

Variae de augmenti omissione virorum doctorum sunt opiniones. Ple-

rique id a tragicis poëtis numquam omitti contendunt, ut *Dawesius* (Miscell. crit. p. 267.), *Valckenaer* (ad Eurip. Phoen. v. 891.), *Porsonus* (praef. ad Hecub. p. 5.). Eiusdem sententiae *Heathius* quoque fuisse videtur (Eurip. t. 3. p. 134.), qui de augmenti elisione haec tantum scribit: „*saepius augmentum in versus initio eliditur, versu proxime sequente* (imo *praecedente*) *in vocalem desinente.*" Hoc quin licitum sit, nullum est dubium. *Hermannus* vero, qua sagacitate est, augmenti abiectionem in initio tantum versus probandam censet, si anapaestus ea vitetur. (Praef. ad Hecub. p. 58.) At scriptor noster et mediis versibus et in initio, saepissime nulla necessitate cogente (cf. not. ad v. 6.) augmentum abiecit, quam licentiam duodevigesies nostrum adhibuisse reperies.

d) De vitiis, contra quantitatem syllabarum admissis.

Om-

Omnia ea hic enumerare, haud necesse est; notae uberius singula loca indicant. Insunt ea partim in correptione vel productione ancipitis vocalis in syllaba haud positione longa; partim in correptione diphthongi in hiatu (cf. supra b.); partim in correptione brevis vocalis finalis, sequenti voce per duas consonantes incipiens. Inde sat magnus numerus exstitit eiusmodi pedum in senario, quas hic vel prorsus respuit, vel certis tantum locis. Sic spondeos paribus locis inveni 15, (secunda sede 6, quarta 7, sexta 2,) trochaeos 9, (prima sede 4, tertia 1, quinta 2, sexta 2,) pyrrhichios 14, (prima sede 1, secunda 11, tertia 1, quarta 2,) dactylos quarta sede 2, creticos 3. Numerus igitur horum vitiorum ad 43 assurgit. — Singulare praeterea quoddam noster habet, quod in notis haud reprehendimus. Notum est, tragicos poëtas vocales breves, quas excipit muta cum liquida, plerum-

que corripuisse; noster vero plerumque produxit. Fecit hoc adeo in iis syllabis, in quibus tragici rarissime id commiserunt, in praepositione verbo iuncta, in augmento cf. Poss. ad Eurip. Orest. v. 64. Omisi tamen id singulis locis annotare, quoniam excusari tamen quodammodo haec licentia potest. — Pauca hic adiiciamus. Plerumque ab eruditis regulam hanc constitutam vides: brevem vocalem tragicos poëtas, muta cum liquida sequentibus, plerumque corripuisse, raro produxisse. In longe plurimis vocibus id quidem locum habet; sed exceptionem hanc deprehendisse visus sum, esse quasdam voces, in quibus *perpetuus* tragicorum usus talem syllabam corripuerit. Sic nondum exemplum reperi secundae in θυγατρὸς, θυγατρὶ, productae. Ab altera vero parte nullius mihi in mentem venit loci, ubi prima in ἀγλαὸς correpta sit. Videant itaque alii, an-

non quaedam voces ex generali hac regula eximendae sint.

Hactenus de vitiis in metrum et quantitatem admissis. In 283 senariis insunt itaque 48 anapaesti, 27 hiatus, 18 augmenta abiecta, 43 alia vitia, quae summam 136 vitiorum conficiunt. His si addas omnes eos versus, ubi vel longa vocalis vel diphthongus, vel iota dativi abiecta sunt, ubi perperam Ionicas vocum formas adhibuit, facile vitia numerum senariorum aequabunt. Et eiusmodi opus *Sophoclis* inscribitur!

§. 7.

E. *Ex imitatione Homerica.*

Fuere, qui Sophoclem Homerum tragicorum vocarent. Fragmentum vero nostrum si scripsisset, eique reliquae tragoediae similes essent, optimo iure simia Homeri vocatus esset. Ex Ho-

mericis fontibus tragicos saepe rivulos suos irrigasse notum est; at sobrie et sano cum iudicio ea licentia usi sunt. Scriptor noster totus ex Homero pendet; serviliter, imitatorum more (Horat. epist. 1, 19, 19.) Homerum exscripsit. Inest haec imitatio non tantum in Ionicis vocum formis, de quibus supra dictum est, et quas ex Homero ei notas fuisse, certum est; inest praeterea in formulis et constructionibus, quas ipsissimis Homeri verbis mutuatus est, cf. not. ad v. 18. v. 62. 63. v. 83. v. 86. v. 111. etc. Inest praecipue vero in duobus locis, quae prorsus ex Homero expressit, v. 23 — 27, ubi notum illum sacrificandi morem ad necem liberorum Thyestis transtulit, atque iis quidem verbis, quae non solum usus tragicorum sed Atticorum etiam respuit; et v. 223 — 258, ubi singulari modo nobilissimum navium catalogum in usum suum convertit. — Monendos hic lecto-

res arbitror, ne, cum postea viderint, totum hoc fragmentum nihil aliud esse, nisi initium Agamemnonis Senecae, Graece versum, pugnantia et sibi contradicentia me protulisse arbitrentur, multa ex Homero expressa contendentem. Senecae enim fabula ita usus est hic scriptor, ut et multa demeret, scilicet quae nimis assurgerent et difficiliora vertenti erant, multa vero et ineptissima adderet, alieno loco posita; pannos Homericos, forte etiam aliunde consutos.

§. 8.

Brevissime de nonnullis aliis huius fragmenti vitiis disseritur.

Quae hic addenda essent, in toto dramate gravitatem illam Sophocleam („*gravitas enim et cothurnus et sonus Sophoclis sublimior*" Quintil. Instit. orat. 10, 1, 68.) desiderari, orationem numquam fere ultra pedestrem as-

surgere, Clytaemnestram ita loqui, ut taedium magis creet, quam animum vehementer feriat, et alia eiusmodi, ea hoc loco propterea omittenda duxi, quoniam sensu quodam insito, poëtarum deliciis gustandis apto facilius percipiuntur, quam longa et taediosa oratione. Qui omnia admirantur, quae Graecis litteris et Graeca lingua scripta sunt, ii facile ex fragmento hoc voluptatem percipient; prudentes vero rerum aestimatores, quid de eo statuendum sit, illico perspicient. Pertinent huc tandem multae sententiae ineptissimae, quibus totum opus scatet. cf. v. 1. v. 7. v. 52. v. 69. v. 102. v. 132. v. 169. v. 174. v. 195. v. 320 et multis aliis locis.

§. 9.

Senecae Agamemnon cum fragmento Clytaemnestrae confertur.

Videamus iam de Senecae fabula, Agamemnone, quae cum maxima huius

fragmenti parte ita in singulis verbis conspirat, ut, quin alter alterum expresserit, ne liceat quidem dubitare. Restat igitur ea disputatio, qua conficitur, Pseudosophoclem huncce illam Senecae fabulam ante oculos habuisse, atque ex ea plurima sumsisse, ita tamen, ut, ubi non verbum Latinum verbo Graeco redderet, sed pauca, demtis vel additis quibusdam, mutaret, corrumperet eam potius, quam emendaret. Iam etsi ex iis, quae hactenus disputavimus, liquido appareat, auctorem Clytaemnestrae, utpote hominem christianum, (cf. quoque paragraphum sequentem) multis post Senecam annis vixisse, atque inde facile concludi queat, non Senecam, quod editor doctissimus *de Matthaei* vult, Sophoclis huiusce (si diis placet!) simiam fuisse, sed contra ex Agamemnone Senecae simulatum hunc Sophoclem plurima hausisse, omnium tamen calculos nos latu-

ros speramus, si monstraverimus, quantum quidem in eiusmodi re, ex probabilitate ponderanda, fieri potest, eam rationem esse Clytaemnestrae, cum Agamemnone comparatae, ut facilius appareat, etsi de auctore utriusque dramatis nihil constet, quomodo Graeca verba ex Latinis versa sint, quam, contrario posito, quemadmodum haec illis originem debeant.

De toto hoc imitationis genere sic mihi statuendum videtur, in locis duobus similibus, quorum alter ex altero manifesto expressus est, eum, qui languidior sit, atque minus animum feriat, plerumque ex altero esse descriptum. Iam Graeco hoc scriptore cum Seneca collato, liquido apparebit, illum intra cothurnum tragicum repere, Senecam vero, etsi saepius verborum flosculos haud probandas adspergat, multo τραγικώτερον tamen esse. Insigniorem ali-

quem locum producamus, ubi per singula monstrabimus, quantum Seneca Pseudosophocli praestet. *Senec. Agam.* 144 — 151. *Clytaem.* 166 — 177.

Vers. 144. Agamemn. ultimus est in oratione Clytaemnestrae, qua se omnis generis curis exagitatam incertamque animi profitetur, quid agat. Iam subiungit:

ubi animus errat, optimum est, casum sequi.

Satis ἐναργῶς hoc. In duos senarios unum hunc distendit Graeculus iste:

ὅταν γάρ ἐστιν ἡ ψυχὴ ἐσφαλμένη,
ὥς μοι δοκεῖ, κάλλιστος ἡγεμὼν λάχος.

In his quis non pannum assutum ὥς μοι δοκεῖ aversetur? Respondet nutrix apud Senecam:

caeca est temeritas, quae petit casum ducem.

In Graecis vero, omissa principe voce, *temeritas*, legitur:

ὁδηγὸν ὅστις τὸν λάχον ζητεῖ, τυφλός.

(De vitiis in sermone Graeco in omnibus his versibus, vide commentarium nostrum.) Optime iam reponit Clytaemnestra apud Senecam:

cui ultima est fortuna, quid dubiam timet?

Temeritatis enim incusata a nutrice, quod casui fortunas suas permittat, gravi et verissima sententia respondet, ei, qui eo miseriarum redactus sit, ut nihil deterius metuere possit, *(cui ultima est fortuna)*, hunc rerum statum haud timendum esse, in quo dubium adhuc sit, num ex his malis emergère queat, an in iisdem sibi permanendum sit. Nam etsi posterius hoc ei accidat, in haud deteriori conditione illum futurum; sin vero prius, melius de eo actum iri. Simillima est Diphili comici sententia apud Brunckium in Gnomic. pag. 189.

πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν εὐτυχέστερον·
τὴν γὰρ ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴν οὐ
προσδοκᾷ.

At qualia eorum loco misellus iste Sophocles posuit! tres versus pro uno, insulsos pro gravissimo.

Κλυτ. πάλαι δὲ τυφλός ἐστιν ἡγήτωρ
ἐμοί.
Τροφ. κἀκεῖνος ᾧδέ σ', ὦ Κλυταιμνηστρ',
ἤγαγε.
Κλυτ. τί δ' οὖν; τί πράξω, πιστὸν ἐμοῖς
κακοῖς κάρα;

In horum primo versu lusum verborum captat auctor, at perquam infelici successu. Dixerat nutrix, caecum eum esse, qui fortunam ducem sequeretur. Optime responderat Clytaemnestra Latina, ut vidimus. Verum quid Graeca? *dudum sibi ducem adesse caecum.* Quo se a culpa vacuam ostendat, ita eis reponit, quae nutrix obiecerat (Clytaemnestram ipsam esse caecam), ut culpam in ducem caecum

transferat. Sensus est itaque, *sum quidem caeca, sed propterea, quoniam dux mihi caecus viam monstrat.* Maiorem itaque ipsa suam reddit culpam, confitendo, sibi haud satis virium inesse, quibus caecum et in praeceps abripientem ducem deserat. — Verum, quis eius versus sensus sit, quem nutrix his reponit, κἀκεῖνος etc. me prorsus ignorare concedo. Caecitate ipsam Clytaemnestram, et Fortunam, eius ducem, supero. Utinam lucem aliquam huic versui affudisset doctissimus editor; tum explicationem vocis ὧδε facile ei condonassem. — Respondet iam Clytaemnestra, *quid ergo? quid agam, nutrix fidissima?* Prorsus haec aliena sunt a Clytaemnestrae animo. Ea non a nutrice consilia expetit, quid faciendum sit; sed omnibus eis, quae nutrix ut potiora suadet, firmiora argumenta opponit. Sed pergamus. Nutrix iam apud Senecam ait:

tuta est, latetque culpa, si pateris,
tua.

Perquam bene. Sensus est, nondum Clytaemnestrae ultimam fortunae conditionem esse timendam, quoniam, modo ipsa, Agamemnone adveniente, *culpam* [4]) non prodat (*si pateris* sc. culpam latere) coniux nihil de hac re sit comperturus. Verum longe aliud, quamvis primo adspectu simillimum, idemque falsissimum reponit nutrix Sophoclea:

οὐδεὶς θ' ἁμάρτημ' οἶδεν, ὦ δέσποινα, σόν.

Sane parum probabile videri potest, nemini incolarum adulterium Clytaemnestrae cum Aegistho innotuisse. Neque hoc est, quod timetur, sed ne Agamemnon eam rem resciscat. Id itaque vitare Clytaemnestram iubet nutrix Senecae, haud Sophoclea.

4) i. e. adulterium, ut saepissime. cf. Burm. ad Prop. I, 5, 25.

v. 148. Pergit Clytaemnestra apud Senecam:

perlucet omne regiae vitium domus.

Sensum satis expressit scriptor Graecus

οὐκ ἔστι κεύθειν βασιλέων τὰ σφάλματα

at depressior est oratio; paulo magis adsurgit Seneca; seq. versu iam nutrix, his missis, (nondum eo abiisse res Clytaemnestrae, ut ultima timeret) alia via aggreditur reginam, a proposito deterrendam, eam scilicet facinora facinoribus addere; immanitatem igitur facti monstrat. Haec igitur verba Seneca ei tribuit:

piget prioris, et novum crimen struis?

facillima intellectu, eademque ad sensum aptissima. Verum Graeculus iste tum duo versus loco unius posuit, tum una vocula adiecta longe aliam at deteriorem sententiam exhibuit.

τί δ' ἄλλο νῦν, ἄνασσα, σκευάζεις νέον,
εἰ μήγ' ἀρέσκει σοι πεπραγμένον ποτέ;

Quod illa duobus verbis extulit *(piget prioris)*, huic noster totum versum impendit. Sed hoc non tantopere improbamus, quam adiectum illud τίδε. Nequaquam enim hic nutrici quaerere convenit, quid novorum criminum regina struat, sed omnino illud abominatur, quod Clytaemnestra vix adulterio admisso, novum crimen, quodcumque tandem illud sit, animo conceperit. Quo spectat quoque responsum sequenti versu,

res est profecto stulta, nequitiae modus.

Haud, ut vides, regina respondet, quid novum crimen moliatur, sed omnino, se nova scelera moliri, propterea quod, qui semel infandum facinus admiserit, quale adulterium cum Aegistho sit, ille praeceps in nova scelera ruat, nec facile finem inveniat. Eandem sententiam cum auctor Graecus nobis exhibeat,

οὐκ ἔστι εὑρεῖν τέρμ', ὅταν γ' ἄρξῃ κακῶν eis, quae nutrix praecedentibus versibus effata erat, haudquaquam, ut esse debuit, respondetur a regina. — Quae optime apud Senecam his nutrix reponit,

quod metuit, auget, qui scelus scelere obruit,

ea ne intellexit quidem versionis Graecae auctor. Sententia huius versiculi haec est: eum, qui, ut sceleris alicuius, quod iam commiserat, poenam *(quod metuit)* effugiat, alio scelere poenae huic se studeat eximere, propterea, quod iam novi huius sceleris ultor metuendus sit, ipsum hoc, quod metuit, poenam scilicet et ultionem augere; etenim nunc non solum prioris sed posterioris etiam sceleris ultionem imminere. Gravissima ex ore nutricis sententia! Clytaemnestra enim, ad adulterii poenam vitandam, aliud scelus, mariti necem, meditabatur, quo qui-

quidem commisso, gravior poena sibi erat metuenda. — Graeculus iste haec eorum loco habet:

κακοῖς δ' ἐπάξων τις κάκ', αὔξ', ὅταν τρέμοι.

(Editio Mosquensis hunc versum quidem cum praecedente et sequenti Clytaemnestrae tribuit auctoritate codicis Alexandrini. Verum tum codex August. et Senecae omnia exemplaria hunc versum nutrici tribuunt, tum ex expositione sensus patet, eum nulli alii tribui debere.) Hanc sententiam, ni omnia nos fallunt, Graece reddere voluit scriptor, eum, qui sceleribus scelera addat, debere animo obfirmato esse, neque in re perpetranda tremere; at nullo modo verum est, hunc, si vel maxime meticulosus sit, propterea *augere* ea scelera; difficiliora facta fiunt, augetur ipsius labor, sed ipsa scelera haud augentur. Sit tamen hic huius loci sensus, nutricem certe ea

verba haud decent; abhorrent prorsus a reliquis eius monitis, quibus reginam a diro proposito absterrere conatur; et, mirum! hoc loco probro ei vertit metum atque dubitationem in scelere exsequendo, quod haud magis in Clytaemnestram cadit. Latinum vero sermonem scriptorem haud calluisse monstrat vocula ὅταν; at in Seneca haud exstat, *quando metuit*, sed *quod metuit*, quo totius orationis color prorsus inmutatur.

Quae in uno aliquo loco hic monstravimus, per totum fragmentum diligens observator inveniet; inveniet Graeca ubique ex Latinis Senecae expressa, et Latina in peius immutata. Dubiumne igitur esse potest, uter alterum aetate praecedat, utrum alter imitatus fuerit? Certissimum est, scriptorem hunc Graecum Senecae fabulam ante oculos habuisse, et pleraque inde in suum usum convertisse.

§. 10.

Quis igitur auctor est Clytaemnestrae?

Quaestio illa de auctore huius dramatis numquam expediri poterit, nisi invento codice, ubi eius nomen exaratum exstet. At probabilitate quadam, quae coniectura nititur, de eius aetate hoc fere mihi statuendum videtur, vixisse eum non ante septimum seculum p. C. n. Fuit enim haud Graecus, sed Latinus homo, vel potius monachus ecclesiae occidentalis, Latinis litteris imbutus. Graecum eum haud fuisse, ignorantia illa linguae Graecae monstrat, de qua diximus §. 4. Ex eadem paragrapho patet christianum eum fuisse; adde praecipue notam ad v. 7. Ex Latinismis porro, per totum opus sparsis, efficitur, eum Latinis litteris imbutum fuisse; vixisse autem ille seriori tempore post imperium Romanum eversum, barbarie invalescente, et cum

Lattinae litterae negligerentur, earumque notitia rarior esset, inde coniicio, quod Senecae fabulam haud ubique intellexit. cf. §. praec. not. ad v. 320 etc.

Sufficiant haec; vereor enim, ne viris doctis iam nimius fuisse videar in re misella; veniam vero horum me impetraturum confido propter nominis celebritatem, eius viri, qui primus fabulam hanc edidit, et Sophocli censuit tribuendam.

Dabam Dorpati d. $\frac{29 \text{ Iul.}}{10 \text{ Aug.}}$ 1806.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Κλυταιμνήστρα τῇ τοῦ ἀνδρὸς Ἀγαμέμνονος δεκετεῖ ἀπουσίᾳ, τῇ παρ' αὐτοῦ τῆς ἑαυτῆς θυγατρὸς σφαγῇ, τῷ αὐτῆς ἀνόμῳ πρὸς Αἴγισθον ἔρωτι, τελευταῖόν τε καὶ τῇ πρὸς τὴν Κασσάνδραν Ἀγαμέμνονος ἑταιρικῇ συνουσίᾳ, εἰς μανίαν ἐξοιστρουμένη, Αἴγισθον σύμβουλον καὶ συμπράκτορα ποιεῖται τῆς κατ' Ἀγαμέμνονος ἀμύνης τε καὶ σφαγῆς. Πάλαι δὲ καὶ παρ' Ἀπόλλωνος χρησμὸς ἦν δοθεὶς τῷ Θυέστῃ, τὸν ἐκ τῆς ἰδίας αὐτοῦ θυγατρὸς ἀνοσίως αὐτῷ γεννηθέντα υἱὸν, τιμωρὸν καὶ ἐκδικητὴν τῶν γεγονότων εἰς αὐτὸν ἔσεσθαι ἀδικημάτων, κατά τε τοῦ Ἀτρέως, καὶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ γένους. Ἀπ' Ἰλίου τοίνυν εἰς Μυκήνας νικητοῦ ἐπανελθόντος Ἀγαμέμνονος μετὰ Κασσάνδρας τῆς παλλακίδος αὐτοῦ, ἐκ συνθήματος Κλυταιμνήστρα καὶ Αἴγισθος ἀμφοτέρους ἀπανθρώπῳ ἀναιροῦσι σφαγῇ. Πειρᾶται δὲ καὶ ἡ Ἠλέκτρα τῆς αὐτῶν ὀργῆς. Ὀρέστης δὲ προεξαρπάζεται τοῦ κινδύνου, προμηθείᾳ τε τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς, καὶ Στροφίου συμπράττοντος. Αὐτῷ γὰρ ἐξ εἱμαρμένης ἀπέκειτο ἡ τοῦ πατρῴου φόνου ἄμυνα.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Μυκήναις· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐκ Μυκηνίδων γυναικῶν. Προλογίζει δὲ ἡ Τισιφόνη.



ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΤΙΣΙΦΟΝΗ.

ΧΟΡΟΣ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ΤΡΟΦΟΣ.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΚΑΣΣΑΝΔΡΑ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ΣΤΡΟΦΙΟΣ.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ
ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ΤΙΣΙΦΟΝΗ.

Ὡς μοι τὸ Ταντάλειον εἰσαεὶ γένος
καὶ τοῖς τε λοιποῖς τοῖς κάτω πᾶσιν θεοῖς
πολὺν παρασχόν ἐστι πραγμάτων ὄχλον,
ἀφ' οὗ γ' ἐκεῖνος δυστυχέστατος γέρων
ἥψησ' ἑαυτοῦ παῖδα, θεοὺς λαβὼν ξένους,
καὶ δῶκεν αὐτοῖς παιδίου φαγεῖν μέλη,

πατὴρ ἐὼν, φεῦ! πρᾶγμα κἀν ᾅδου κακόν.
ὁρῶν γὰρ ὁ Ζεὺς καὶ θεοί τ' ἄλλοι, Διῒ
συνεστιῶντες, ἀνδρὸς ἀπανθρώπου τ' ἄγος,
καὶ παῖδ' ἔγειραν Πέλοπα τὸν τεθνηκότα,
χ' ἡμῖν γονῆα δῶκαν εἰς τιμωρίαν,
ὅστις παρατηρεῖ μῆλα νῦν, τάλας, χ' ὕδωρ,
φεύγοντα τὸ στόμα, καὶ κρεμάμενον ἀεὶ λίθον,
τλάμων, φοβεῖται, μήποτ' ἂν πίπτῃ 's κάρα.

Variae lectiones.

v. 7. κῆν. Mosqu. v. not.
v. 8. ὁρῶν ὁ Ζεὺς γὰρ, καὶ θεοὶ δ' ἄλλοι. Mosq. ex cod. Alex. dedimus lectionem cod. Aug. v. not.
v. 10. τὸν παῖδ'. Alex.
v. 11. ἐς. Alex.
v. 14. τλήμων. Alex. πίπτ' εἰς Aug.

ἴχνη δὲ αὖ τὰ Ταντάλου μιμούμενοι
υἱωνοί, Ἀτρεὺς καὶ Θυέστης, μειζόνων
τολμημάτων ἤρχοντο καὶ μιασμάτων.
ὁ μὲν Θυέστης λέκτρα βαίνων Ἀτρέως,
καὶ τὴν ἀδελφοῦ ξύγγαμον φθείρων, τέκη
ἔσπειρε, καὶ ἤνεγκεν ἐξ αὐτῆς τρία.
Ἀτρεὺς δ' ἀκούων πράγματος μετ' οὐ πολύ,
οἷ' ἔγγονος, τὰ Ταντάλου πεπραγμένα
καλῶς μιμούμενος, τὰ Θυέστου παιδία
σφάξας τε, μιστύλλων τε φασγάνῳ κρέα
ξύνδειπνον ἔσχε τὸν τάλαν, καὶ δῶκέν οἱ
τὰ τέκν' ὀβελοῖς ὀπτώμενά τε χ' ἡψημένα.
λέβησι χαλκείοισι, καὶ τόθ' Ἥλιος
ὁρῶν τοκῆα τοὺς ἑοὺς παῖδας φαγεῖν,

Variae lectiones.

v. 15. ἴχνη γὰρ αὐτά. Aug.
v. 16. Θιέστης. Aug. et sic semper.
v. 19. τέκνα. Aug.
v. 25. σύνδειπνον. Aug.

ἵππους τε καὶ τέθριππον ἔμπαλιν στρέφει,
τοιαῦτα μὴ φερόμενος ὄμμασι βλέπειν,
χ' ὁ κόσμος αἴγλην Ἡλίου φαεσφόρον
ἐθαύμασ' ἐκλείπουσαν ἐν μεσημβρίᾳ.
ἀλλ', ὦ Μυκῆς, ὄνειδος ἀνθρώπων γένους,
οὐ τοῦτο τέρμα τῶν κακῶν οὐκ ἔστι σοι·
ὁ γὰρ Θυέστης, ζητέων ἐκδικίαν,
ἤκουεν ἐκ τῶν Λοξίου μαντευμάτων,
εἰ τῇ θυγατρὶ συγγένοιτ' ἂν, τῇ κόρῃ,
αὐτῷ 'κ θυγατρὸς παῖδα γενήσεσθαί ποτε,
ὃν ἡ γονῆος προσμένοι τ' ἐκδικία.
καὶ νῦν δ' ὁ καιρὸς ἦλθ' ὃν εἶπε Λοξίας.
τῇ γὰρ θυγατρὶ μισγόμενος κεῖνος τότε
Αἴγισθον ἔσχεν, οὗ πέρι 'στὶνῦν λόγος,
ὃς τῆς πατρῴας ἦρξατ' ἐκδικήσεως.

Variae lectiones.

v. 29. στρέφε. Alex.
v. 36. ἤκουσεν. Alex.
v. 39. τ' deest in Alex.

Ἀγαμέμνονος γὰρ ἐπὶ πόλει τῇ Ἰλίου
μένοντος, ἀγνοῦ τοῦ γάμου λύων νόμους,
δάμαρτ᾽ ἄνακτος φθεῖρεν, αὐτῷ τ᾽ ἐς πάτρην
νοστοῦντ᾽ ἀπὸ Τροίας νῦν ἐφοπλίζει φόνον.
κἀγὼ πρὸς αὐτοὺς εἵνεκεν τούτου ᾽κπεμπόμην·
τούτους δὲ τρὶς τύπτουσα στυγίᾳ μάστιγι
στῆθός τε καὶ πρόσωπον, ἐμβάλλουσά τε
τρεῖς τῶν χελύδρων, πρὸς δόμους ἀπέρχομαι
νεκρῶν, ἐς ᾅδην· μοὶ φάος γὰρ ἐν σκότει.

Variae lectiones.

v. 44. ἐπὶ πόλιν τήν. Aug. Mosqu. cf. not.

v. 49. Sic Cod. Aug. ex correctione primae manus exhibet versum. Antea erat Τοὺς τρισσάκις τύπτουσα ταύτῃ μάστιγι.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α΄. Οὐδὲν ἀπιστότερον βασιλείας,
κἂν φαίνοιτο ῥίζων
στηριχθῆν᾽ ἐπ᾽ ἰσχυρῶν,
ἄκραν τ᾽ ἔχειν ἐν αὔραις
ὑψηλήν τε καὶ κομῶσαν.
πολλάκις γὰρ ἁ Δίος δρῦς
ἁ γενναῖα, καὶ βαθεῖαν
ποιουμένη σκιὰν,
πελέκιος ὑπὸ μιᾶς,
ἀνδρὸς ὑλοτόμου θ᾽ ἑνὸς,
τύπτοισα γαῖαν, ἄκρῳ
ᾗ πρότερον ἦν ἐν αἰθέρ.
πέπτωκεν, ὕλης μακρὰν βοώσης.
ἀντιστρ. α΄. Τίς δέ γε τὴν Πριάμοιο ἄνακτος
ἀρχὴν ἐπανθοῦσαν
οὐκ οἶδ᾽ ἀνδράσιν τε χ᾽ ἵπ-

Variae lectiones.

v. 57. τρυφῶσαν. Alex.
v. 63. τύπτουσα γαῖαν, ἄκρᾳ. Aug.
v. 67. ἐπαρθεῖσαν. Alex. Mosqu. v. not.
v. 68. χ᾽ ὅπλοις. Alex.

ποις καὶ γυναιξὶν πολλαῖς;
ἀλλ', ὦ τῆς τύχης τὸ ἐλαφρόν!
ἁ πόλις πόθ' ἁ καλή,
νῦν κεῖτ' ἄπτολις τ' ἐρήμη.
ἄνδρας μάχ' ὤλεσαν
δεκαετέος ἄρεως·
αἰχμαλωτίδες αἳ δὲ νῦν
αὐτῶν γυναῖκες ἐς τὴν
Ἑλλάδ' Ἀγαμέμνονος βίᾳ
νικῶντος ἕλκονται, φεῦ τύχης, φεῦ!
Οὐ τάδ', ὦ Μυκήνας τέκνα ἐπῳδὸς α'.
τᾶς πολυχρύσοιο,
οὐ ταῦτ', ἐλθόντος βασιλῆος,
ᾄδειν ἡμᾶς πρέπει,
ἢ γαιάοχον ἐννοσίγαιον,
ἤ τε Λητόος καὶ Ζηνὸς
παῖδα, τὸν Ἀπόλλωνα,
τὸν ἀγλαὸν, ἢ θεοὺς
λοιπούς τε καὶ θεάς.

Variae lectiones.

v. 71. κλεινή. Alex.

v. 75. αἵδε. Alex. Mosqu. v. not.

στρ. β'. Σοὶ τάδε, ποντομέδων Ἐνοσίχθων
σοὶ ταῦτ' ᾄδομεν ᾄσμασι κλεινοῖς·
σοῦ γὰρ ὑπείκοντος Ἀγαμέμνων
Ἴλιον ἄστυ πέρσεν Ἀχαιῷ
Ἄρεϊ, καὶ σοῦ συγχωροῦντος,
ἁλμυρὸν ὕδωρ νηυσὶ περήσας,
νῦν ποτὶ παστὸν, τήν τε δάμαρτα,
εὔθυμος ἥξει, ἥτε Μυκήνη
τὸν φίλον αὐτῆς δέξετ' ἄνακτα,
πᾶσά τε πλήρης γηθοσυνάων
πολλὰ βοῶν σοι κάρατα σφάξει.
ἀντιστρ. β'. Καὶ σέ δ', Ἀπόλλων ἡλιόμορφε,
αἰνοῦμεν γλυκεραῖς ἐν ἀοιδαῖς,
καίπερ ἀμύναντά ποτε Τροίῃ,
τόν τ' Ἀχιλῆα χερσὶ φονοῦντα·
σὺ γὰρ ἔδωκας τείχη σκάψαι,
σῶν ὑπὸ χειρῶν Λαομέδοντι
ἀγλαὰ δῶρα· τάς τε Μυκήνας
εἴασας ἰδεῖν νῦν ἀπὸ Τροίης

Ἀτρέος

Variae lectiones.

v. 88. ποτομέδων. vitium cod. Aug.

Ἀτρέος υἱόν· χαῖρε, Διὸς παῖ,
καὶ λαβὲ, ἅς σοι ᾄδομεν ᾠδάς
μήδ' ἔτι τόξον, μήτε φαρέτρην.
Πῶς δέ σε, Ζεῦ πάτερ, αἴθριε, ἐπῳδ. β'.
πάντων οὐρανιώνων
γεννήτωρ τε καὶ ἀρχὴ,
λείπομεν ἡμετέρῃσιν ἄναυδον
ᾠδαῖς; σῇ γὰρ ἀνάγκῃ
τείχεα ἄστεος Ἰλιακοῖο
πέρσεν ἄναξ Ἀγαμέμνων.
Χαῖρ' οὖν, καὶ ταύρων αἷμα λιαρὸν,
βωμοῖς θ' ἡμετέροισι
ὀσμὴν θερμοῖο ψαῦε λιβάνου.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Τί, δυστάλαινα, τῇ ψυχῇ δ' ἀναστρέφεις;
οὐ δεῖ σε ποιεῖν ταῦτα. τίς κεῖνος;

Variae lectiones.

v. 109. μὴ δ' ἔτι. Aug. Mosqu. v. not.
v. 117. χλιαρόν. Alex.
v. 120. περιστρέφεις. Alex.

ὁ φίλτατος, γῆς τῆς Μυκηναίων ἄναξ,
νοστῶν δ' ἀπ' Ἰλίοιο καὶ Φρυγῶν πυρὸς,
κ' ἄγων ἐκεῖθεν λῃΐδ' ἐς τὴν Ἑλλάδα.
ἀλλ' ἔστι χ' οὗτος τὴν ἐμὴν σφάξας κόρην,
καὶ τῷ θυγατρὸς, φεῦ γένους τοῦ Ταντάλου;
ἰχῶρι παρθενοκτόνον βρέχων θέαν.
ἐκεῖνος ἦρξε πρῶτος, ἔμ' ἕπεσθαι πρέπει
τοῖς ἀνδρὸς ἴχνεσι, χ' αἷμα τ' ἐπίλοιπον χέειν.
αἰδὼς ἀπῆλθεν, ἁγνὸς ὑμεναίων τ' ἔρως
ἄπεστι μακράν. νῦν δέ σοι τολμητέον,
ὦ τὸν σὸν ἄνδρα καὶ γενέθλην ἀνέρος
νικᾶν δύναιο. νῦν δε σαυτὴν, ὦ δάμαρ,
ἀκοίτα' εἰς ὄλεθρον ἐφόπλισον κακὸν,

Variae lectiones.

v. 124. τὴν exciderat in edit. Mosqu. v. not.
v. 127. βρέχων ἰχῶρι παρθενοκτόνον Aug.
v. 131. μακρὰν ἀπέστη. Alex.

βλέψον δ' ἑκάστης πρὸς γυναικὸς πράγματα,
εἴ τι 'στιν ἀνδρὸς ἄξιον τοῦ σοῦ γέρας.
νικᾷν ἁπάσας δεῖ, σ' Ἀγαμέμνονος γυνή.
πάρεστ' ὁ μοιχός· ἡ φυγὴ μόλις κακόν·
τὸ φάρμακον δ' οὐκ αἰὲν εἰς θάνατον ἄγει·
ξίφος δὲ πάντων μοι κακῶν μᾶλλον δοκεῖ
πρέπειν· ἐκείνῳ γὰρ κόρην ἔσφαξ' ἐμήν.

ΤΡΟΦΟΣ.

Ἄνασσ' Ἀχαιῶν, Τυνδάρεω κλεινὸν γένος,
τί δ' ὧδε μούνη σαῖς περιστρέφεις φρεσί;
ἢ ποῖα φροντὶς σεῖο νῦν δάκνει ψυχήν;
εἰ καὶ σιωπᾷς, ἐκ προσώπου 'στιν λαβεῖν

Variae lectiones.

v. 137. σὲ Ἀγαμέμνονος. Mosqu. v. not.
v. 138. Sic Aug. ex correctione primae manus. Antea erat ὁ μοιχός ἐστιν.

τὸν θυμὸν, ὃν ζέσαντ' ἀποκρύπτεις νόῳ.
δὸς οὖν διάστημα χρόνου τῷ σῷ πάθει.
τὰ γὰρ παρόντος τοῦ χρόνου τὰ φάρμακα
μὴ λαμβάνοντα, καιρὸς ἄλλος ἰάσεται
ἴσως· ἅπαντα γὰρ στρέφων ποιεῖ χρόνος.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Χεῖρον τὸ τραῦμα τοὐμὸν, ἢ καὶ τὸν χρόνον
δύναιτο μέλλοντ' ἂν μένειν, κ' αὐτοῦ πάρα
θεράπευμ' ἔχειν. οὐκ οἶδε περιμένειν πόνος.
Φλέγομαι τάλαινα τῷ πυρὶ τὴν καρδίαν,
οἶστρον δὲ βάλλει κήδει δεῖμος ἰσχυρόν,

Variae lectiones.

v. 146. ζήσαντ' Aug.
v. 148. ἃ γάρ. Mosqu. in notis. vid. notas nostras.
v. 151. ἢ Aug.

καὶ ζῆλος αἴθει στήθεα, καὶ ψυχὴν ἔρως
θλίβει κάκιστος· οὐκ ἐκεῖθεν δ' ἔστι μοι
αὐτὸν παραβαλεῖν, καὶ μέσον τούτων ἔτι
αἰδὼς ὑποκρούει, κἂν δεδούλωται πάλαι.
ἄγομ', ὡς σκάφος, χειμῶνι κ' ἀήταις· τὸ μὲν
ἐνθένδε βοῤῥᾶς τύψε, κἀκεῖθεν νότος,
ζέφυρος δὲ πρώρην εὖρος αὖ πρύμνην βάλε.
ἕνεκα δὲ τούτων οἴακ' ἀπέβαλον χερῶν·
ὅποι δὲ χειμὼν πικρὸς ἄξει, καὶ κλυδών,
ταύτῃ με δώσω βένθεσιν θαλασσίοις.
ὅταν γάρ ἐστιν ἡ ψυχὴ ἐσφαλμένη
ὥς μοι δοκεῖ, κάλλιστος ἡγεμὼν λάχος.

Variae lectiones.

v. 158. παραβάλλειν. Aug. Mosqu. cf. not.
v. 161. νόθος. Aug.
v. 166. σεσφαλμένη. Aug.
v. 167. λάχον. Aug.

ΤΡΟΦΟΣ.

Ὁδηγὸν ὅστις τὸν λάχον ζητεῖ, τυφλός.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Πάλαι δὲ τυφλός ἐστιν ἡγήτωρ ἐμοί.

ΤΡΟΦΟΣ.

κἀκεῖνος ὧδε σ', ὦ Κλυταιμνήστρ' ἤγαγε.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τί δ' οὖν; τί πράξω, πιστὸν ἐμοῖς κακοῖς κάρα;

ΤΡΟΦΟΣ.

οὐδεὶς θ' ἁμάρτημ' οἶδεν, ὦ δέσποινα, σόν.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

οὐκ ἔστι κεύθειν βασιλέων τὰ σφάλματα.

ΤΡΟΦΟΣ.

τι δ' ἄλλο νῦν, ἄνασσα, σκευάζεις νέον,

Variae lectiones.

v. 174. Sic ex correctione eiusdem manus codex Aug. Antea erat δέσποινα.

εἰ μήγ' ἀρέσκει σοι πεπραγμένον ποτέ;

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

οὐκ ἔστιν εὑρεῖν τέρμ' ὅταν γ' ἄρξῃ κακῶν.

ΤΡΟΦΟΣ.

κακοῖς δ' ἐπάξων τις κάκ', αὔξ', ὅταν τρέμοι.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

πῦρ καὶ σίδηρον ἕλκε' αἰτοῦσίν τινα.

ΤΡΟΦΟΣ.

πειρᾶν, ἄνασσα, πρῶτον ὕστατ' οὐ πρέπει·

Variae lectiones.

v. 176. ὅταν δ' Aug.

v. 177. δ' deest, ut videtur in cod. Aug. Ceterum huic et sequenti versu personarum nomina auctoritate Senecae et codicis Aug. addidimus, quae Matthaei V. D. cod. Alex. secutus, deleverat, ut cum versu 176 coniungerentur. cf. not.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἐν τοῖς κακοῖς δεῖ τὴν ὁδὸν λαβεῖν κακήν.

ΤΡΟΦΟΣ.

ἀλλ' οὖν γάμων τὸ σεμνὸν οὔνομ' αἴδεο·

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὃν δέκ' ἀπ' ἐτῶν οὐκ ἴδον, ἀνήρ ἐστί μοι.

ΤΡΟΦΟΣ.

μέμνησο παίδων, οὓς τέκες κείνῳ ποτε·

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

μῶν τῆς θυγατρὸς, ἣν καλὸς σφάξεν πατήρ;

ΤΡΟΦΟΣ.

κινησ' Ἀχαιῶν τὰς ἀκινήτους νέας.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Σὺ γοῦν, Κλυταιμνήστρ', ἀγλαὸν οὐρανοῦ γένους

Variae lectiones.

v. 181. ὄνομ' Mosqu. v. not.

τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ναυτικοῦ καθαρτικὸν
κάρ᾽ ἔτεκες· οὗτοι σῶνδε παρθένων γά-
μοι!
λογίζου, ὦ τάλαινα, νῦν τῆς σῆς κόρης,
οὕς οἱ πατὴρ ἔδωκε θαλάμους, ἀξίους
τοῦ Ταντάλείου δυστυχεστάτου γένους.
ἔστη τοκεὺς βωμοῖο δυσσεβὴς πέλας,
καὶ τῷ θυγατρὸς αἵματ᾽ ἐραντίσθη
φίλης,
χ᾽ οὐδείς ποτ᾽ εἶδε δάκρυον ὀμμάτων
ἄπο.

Variae lectiones.

v. 187. In cod. Aug. antea legebatur τῷ - - ναυτικῷ. Sed eadem manus correxit οὗ - - ναυτικοῦ. Secutus sum cod. Alex. — Matth.

v. 193. In cod. Aug. deletus est, ita tamen, ut adhuc legi possit, hic versus: χ᾽ αὐτὸν θυγατρὸς αἷμ᾽ ἐράντιζεν φίλης. Ab eadem tamen manu margini adscriptus est is, quem auctoritate cod. Alex. edidi. — Matth.

v. 194. ποθ᾽ οἶδε. Aug. Sed ποθ᾽ ex correctione; antea erat ποτ᾽ aut ποῦ.

ὀμφὴν δὲ Κάλχας μάντις οἰκείας βοῆς
ἔφριττεν, ἰδὼν γονῆα τὸν τῷ αἵματι
ῥέοντα θυγατρός. ὦ τὸ Πελοπιδῶν γένος
παλαιὰ νικῶν τοῖς καινοῖς μιάσμασι,
καὶ τούς γε πάππους, αἴ! ὑπερβαίνον κακοῖς!
τοῦ ναυτικοῦ οὖν αἵματ' ὠνούμεθα λύσιν,
καὶ τῶν θυγατρῶν, τῶν κορῶν, τῶν παρθένων
ἰχῶρ' ἀπεχθεῖς εὐμενίζομεν θεούς·

Variae lectiones.

v. 196. τὸν γονῆα. Aug.

v. 197. Fuerat τῆς in cod. Aug insertum ante θυγατρός, sed deletum. — idem τῶν Πελοπ. pro τὸ Πελ.

v. 198. παλαιάνικον τοῖς κενοῖς. Aug. sed dubio accentu in voce prima.

v. 199. τούς τε πάππους αἰέν. Aug.

v. 200. τῶν ναυτικῶν - - ὠνοῦμεν. Aug.

v. 201. κόρων. Aug.

τί οὖν δάμαρτι κεῖνος ἂν ποιοῖ, τροφός,
εἰ τοῦ θυγατρὸς μὴ περιέχεται φόνου;
ἀλλ' εἰ καὶ ἐκ τῆς Αὐλίδος λύσεν σκάφη,
ἐχθρῶν ἀπέλυσέ τε καὶ ἐναντίων θεῶν·
ὅλος σχεδόν τι ὤλεθ' Ἑλλήνων στρατός.
καὶ πρῶτον ἐκ τοῦδ' αἰτίας εἰς τὸν λεὼν
ἔπεμψ' ὁ Φοῖβος λοιμὸν ἀνθρωποκτόνον,
ἄνδρας θερίζων χέρμασιν ἑκατηβόλοις.
κεῖνος δὲ λαοῦ μέσσος, οἳ πλείω νεκροὶ
ἢ ζῶντες ἦσαν, ἱερέως κόρην βίᾳ
κρατεῖ, Ἀχαιῶν κοινὰ μὴ μελετῶν πάθη.
ἀλλ' ὁπόταν τῷ πατρὶ ὀψέ ποτε κόρην

Variae lectiones.

v. 203. τί δ' ἂν fuerat in cod. Aug. sed correctum a prima manu; idem ποίοι.
v. 207. σχεδὸν γάρ. Aug.
v. 208. ἐκ τῆςδ'. Aug.
v. 213. κρατεῖθ' Ἑλλήνων. Aug. — In eodem primum κακὰ scriptum, sed correctum ab eadem manu πάθη.

ἄκοντος αὐτοῦ, πέμψαν, ἐξ Ἀχιλλέως
Βρισηΐδ' αἰτεῖ, Πάριδος ἐχθρὸς πότνιος.
ἐνθένδε πάντων τῷ στρατῷ πόρος κακῶν,
Πηλείδε' ἐκ τοῦ δηλαδὴ 'ς αὐτὸν κότου·
καὶ τοῦτο κλαίει δ' Ἑλλὰς ἡ τάλαινα νῦν·
ὤλοντο πάντες Ἑλλάδος στρατηγέται
τοῖς Ἑκτορείοις ξίφεσι, χ' οὐδεὶς οἴκαδε
ἀναστρέφει. φεῦ! νικάομεν ἡττώμενοι.
ποῦ δ' εἰσὶν οἱ Βοιωτίας στρατηλάται,
οἱ πέντε ἐξάδελφ'; ἐς ᾅδου, πλὴν δύο.
ποῦ δὲ κλυτοῦ Ἄρηος ἀψευδῆ τέκη;
τέθνηκεν αὐτῶν Ἀσκάλαφος Τρώων ξίφει
τεθνήκασίν τε χ' Ἰφίτου παῖδες δύο,
ὄζος τ' Ἄρηος, Εὐβοέων κλεινῶν ἄναξ.
ποῦ δή σε, Αἰακίδαο Τελαμῶνος γένος,

Variae lectiones.

v. 219. ἅ ταλ. Aug.
v. 224. ᾅδην. Aug.
v. 225. τέκνα. Aug.

ποῦ σ', ὦ τάλας, εὑρήσομεν, ὃς Λαερτίδου
δόλῳ φονηθεὶς νῦν νέμεις ᾅδου δόμους;
ποῦ δ' ἄλλον, ὃς τέθνηκ' ἐοικότως μάλα
Αἴαντι, Ναυπλίοιο τὸν φίλον γόνον;
σὲ γάρ, σέ, τλάμων, πνῖξαν Ὀδυσῆος χέρες,
ἐς ἰχθύων ποτ' ἐξιόντ' ἄγραν σκάφει.
ἀλλ' οὐκ Ὀδυσσεύς ἐστι τοῦδ' ὁ μιαιφόνος,
Ἀτρείδε' εἰσὶν ἔργα ταῦτα τῆς φρενός.
κεῖνον γὰρ ἀμφισβητέοντα περὶ στρατοῦ
βασιλῆϊ, σὺ δυνάμενος ἄλλως, ἔκτανε
δόλοις, Ὀδυσῆος χερσὶ τοῦ μιαιφόνου.
ἀλλ', ὦ γεραιὲ Νηλέως παῖ, ποῦ δ' ὅσος

Variae lectiones.

v. 235. Initio in cod. Aug. scriptum erat ποϑ'; correctum mox in ποτ'.
v. 237. Ἀτρίδ' Mosqu. cf. not.
v. 239. βασιλείας. Aug.
v. 240. Ὀδυσσῆος. Aug.

παῖς φίλτατος; μάχοντα Μέμνονος ξίφος
ἀπέκτανεν· σὺ δ' ἔσπασας πολιὸν κάρα.
ὑμεῖς δὲ, λαῶν ἡγεμόνες τῶν Ἤλιδος
Ἄρηος ἦμισ' ὑμέων κτάνον μάχαι.
καὶ σὺ, Ῥόδος δύστην', ἔχεις, ὃν ἂν στένοις.
τέθνηκε Τληπόλεμος ὑπ' ἔγχεος Διὸς
παιδός τε, καὶ γῆς πολλὸν ἔβρεξ' αἵματι.
ποίοις δὲ δακρύοισί σ' Ἀγλαΐης τόκος,
στενάξομέν, σ' εὐμορφίας σπάνιον κλέος;
ποίοις δὲ καὶ σὲ, Νηρεΐδος ἀγλαὸν τέκος,
Ἄρηος ἶσον ἐν μάχαις κόπτοντ' ἀεὶ
ποίοις σὲ δακρυχέομεν ἐν στενάγμασιν;
σέ δ', ὦ Μαχάων οὐδ', ὁ σος δύνατο πατὴρ
θανάτοιο ποιεῖν ἐκφυγεῖν κακὸν μόρον,

Variae lectiones.

v. 242. μαχῶντα. ed. Mosqu. cf. not.

οὐδ' Ἰφικλίδην δάκρυα δάμαρτος φίλης
τὸν μείζον', ἀλλ' ἐκεῖνος ἐς νεκροὺς ἔβη,
καὶ τὸν Ποδάρκην εἵλκυσεν ἀδελφὸν μέτα.
τίς γοῦν πάρεστι τοῦ γένους Ἑλληνικοῦ
τὴν εὐγένειαν δυναμένος τοῖς ἐγγόνοις
λείπειν τε καὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν δυσδαίμονα
λαμπρᾷ γενέθλῃ 'ς τὴν στάσιν πρώτην ἄγειν;
πέπτωκεν Ἑλλάς· ὦ μελέ', ὦ τάλαιν' ἐγώ!
χ' οὐδεὶς τὸν ἄνδρα, τὸν αἴτιον πάντων κακῶν,

Variae lectiones.

v. 257. εις. Aug. sed a prima manu deletum.

v. 258. εἵλκυσεν ita in Aug. a correctione primae manus; antea εἵλκυεν. Loco ἀδελφὸν supra scriptum ων, id est, ἀδελφῶν, sed rursus deletum.

τολμῷ μαχαίραις, αἷς θάνον λοιποὶ, φονεῖν;
κεῖνος δ' ὑποστρέψει, ἄγων νῦν ὡς δόμους
μητρυϊὰν ἡμῶν παισὶ, καὶ λέκτροις ἐμοῖς
νέαν δάμαρτα, Τρωϊκην, οἰστρουμένην;
καὶ δέξομ' αὐτούς; ὦ θεοὶ, Διὸς κόροι,
ποῦ δ' ἐστὲ νῦν; — Ἐκδέξομ' ἀλλὰ τῷ ξίφει
τόνδε ὀλετῆρα τῆς Ἀσίης τε χ' Ἑλλάδος.

ΤΡΟ-

Variae lectiones.

v. 265. Post hunc versum in Cod. Aug. deletus est hic: κεῖνος δ' ὑποστρέψει νῦν πρὸς οἴκους. Sed mox vers. 266 fere idem dicitur.

v. 266. In cod. Aug. est κεῖνος δὲ νῦν ὑποστρέψ' ὡς οἴκους, ἄγων. cf. not.

v. 267. παιδὶ, λεκτροῖς τ' ἐμοῖς. Aug.

v. 270. καὶ ξίφει. Aug.

v. 271. τὸν ὠλετῆρα. Aug.

ΤΡΟΦΟΣ.

'Ακήκο', ὦ δέσποινα, σὴν μομφὴν, φίλη,
ἣ θυμοῦ ἐκ ζέοντος ἐβλύσθη πάρος,
χ' ἐθαύμασ' ὡς μάλιστα, τήν τε σοῦ ψυχὴν
τοσοῦτον ὀργῆς εἰς τὸν ἄνδρ' ἀναίτιον
τὸν σὸν χύσασθ'.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἀναίτιος οὖν κεῖνος δοκεῖ;

ΤΡΟΦΟΣ.

ἀναίτιος, μὰ τὴν Διὸς Ἥρην ξύγγαμον.
τί γὰρ πεποίηχ';

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἑλλάδ' ἀνατρέπειν καλόν;
ἄνδρας τε κτείνειν τοὺς ἀρίστους, πρόσφορον;

Variae lectiones.

v. 272. τὴν μομφήν. Aug.
v. 273. ἣ θυμοῦ ἐκ ζέοντος ἐβλήθη πάρα. Aug.

θύγατρα σφάττειν τοῖς θεοῖς μάλ' εὐσεβές;
ἄγειν δάμαρτι παλλακίδ' ἐς δόμους, πρέπον;

ΤΡΟΦΟΣ.

πρῶτον μὲν, ὦ ἄνασσα, Ἑλλάδος πέρι
οὐκ ἔστι κεῖνος ἀνατρέπων τὴν Ἑλλάδα,
ἀλλ' ἔστιν αὔξων, Τρωϊκὸν κείνη πέδον
νέαισι νίκαις νῦν νεωστὶ προστιθείς.
τὸ δ' ἄνδρας αὐτοῦ γε πεφονευθῆναι πάρα,
οὐκ ἔστ' ἀληθὲς, Λαέρτίου παιδὸς χερὶ
φονοῦντος αὐτόματον τὸ Ναυπλίου τέκος.
σφάττειν δὲ τὴν θύγατρα, χ' εὐσεβὲς μάλα,

Variae lectiones.

v. 282. ἄνασσα, θ' Ἑλλάδος. Aug.
v. 285. νήσοι. Alex.
v. 288. τὸν Ναυπλίου γόνον. Aug.
v. 289. τὴν omittit Aug.

αἰτοῦντος οὕτω τοῦ χρόνου, καὶ τῶν θεῶν.
δεῖ γὰρ τὸν ἄνδρα, τὸν καλὸν στρατηλάτην
αὐτὴν ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ στρατοῦ
τεθεικέναι, καὶ μὴ μόνον τῶν παρθένων.
ἔχειν δὲ δούλας τε, καὶ ἄγειν αὐτὰς δόμον,
ἀνδρῶν σύνηθές ἐστι τῶν στρατηγετῶν
ἐξαιρέεσθ' ἐκ ληΐδος κόρας καλάς.
ἀλλ', ὦ φίλη δέσποινα, δεῖ σκέπτεσθ', ὅπως
τοιαῦτα πράττεις. ἄνδρα πιστεύεις φονεῖν
ὃν οὐδὲ Τρῶες ἐν ἔτεσ' ἴσχυον δέκα,

Variae lectiones.

v. 292. καὶ τήν θ' ἑαυτοῦ. Aug.

v. 295. στρατηγέτων. Aug. ex correctione. cf. not.

v. 297. antea erat in cod. Aug. βλέπειν. Sed correctum in σκέπτεσθ' a prima manu.

ὃν οὐδ' Ἀχιλλεὺς φασγάνῳ κατέτρωσε·
τούτῳ σὺ δ', ὦ ἄνασσα, σκευάζεις φόνον.
οὐ τοῦτ' ἀνεκδίκητον οἱ τῆς Ἑλλάδος
οἴσουσι λαοί. πλάττε σοι Τροίης τύχην.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Ἦλθ' ὁ χρόνος, τόνδ' αἰὲν ἔτρεμον· σὲ νῦν,
Αἴγισθε, δεῖ τὰ πάντα μηχανήματα
εὑρεῖν, ἅπερ πρέποντα τοῖς ἐκ Ταντάλου
ἐστίν. Μυκήνης νῦν ὑποστρέψει δ' ἄναξ,
οὗ σὺ δάμαρτ' ἔφθειρας. ἔστι δ' Ἀτρέως
παῖς, σὺ Θυέστου· κ' εἰς ἀπέχθειαν δ' ἄλις

Variae lectiones.

v. 300. Post hunc versum desinit apographum Alexandrini codicis.

v. 304. post σὲ in cod. Aug. deletum δεῖ.

v. 307. ἀποστρέψει Aug. emendavit e coniectura Matthaei.

τοῦτ' ἔσεσθ' ἡμῖν. εἰσὶ δ' ἄλλαι ἔτ' αἰτίαι.
μὲ γὰρ Θυέστης τοῦδε τοῦ θανάτου χάριν
γέννησε, κ' εἰς 'Αγαμέμνονος ταχὺν φόνον,
εἴ γ' ἔστ' ἀληθῆ Λοξίου μαντεύματα.
εἰ ψευδέ' ἐστι, καὶ σὺ μὴ δύνῃ ξίφει
κτείνειν ἐκεῖνον, πιπτέον δήσοι τότε.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἔδει σὲ καὶ πρὶν τοῦδε τοῦ χρόνου θανεῖν.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

ἄνασσα, τῶν ἐμῶν πόνων σὺ δ' αἰτία,

Variae lectiones.

v. 311. μέ. Aug. e corr. primae manus. antea σέ. mox post Θυέστης in eodem deletum εἰς.

v. 313. εἴ τ' ἔστ'. Aug. — corr. Matthaei e coniectura.

v. 314. ψεύδ'. Aug.

v. 316. Inter ἔδει et σὲ deletum καὶ in cod. Aug.

καὶ σ᾽ οὖν δίκαιόν γε ξυναποθνήσκειν ἐμοί.
μὴ ταῦτα δ᾽, ὦ δέσποινα, δεῖ σε νῦν τρέμειν.
κεῖνος γὰρ ἥκων αἷμά σοι δώσει τὸ σὸν,
ὃ ᾽ν τῇ θυγατρὶ πάσσεν, εὐσεβής, ποτε.
τί σοι δ᾽ ὁρῶ πρόσωπον ὠχριασμένον;
τί δὲ καὶ ἀμειδέσ᾽ ὄμμασιν κάτω βλέπεις,
ἄνασσα; δεῖ ᾽ν τοῖς ἐσχάτοις θαῤῥεῖν μάλα.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἕλκει μ᾽ ὄπισθεν γνησίων λέκτρων ἔρως,
πείθει δὲ κάμπτειν τὴν ψυχὴν τῆδ᾽, ὁπόθεν
οὐκ ἔπρεπ᾽ αὐτὴν ἐκπεφευγέναι ποτέ.
στρέφειν γὰρ ὀψὲ τὸν νόον πρὸς τὸ πρέπον,
τίς μὴ λέγοι δ᾽ ἄμεινον εἶν᾽, ἤτ᾽ οὔποτε;

Variae lectiones.

v. 320. τίσει ex coniectura restituerat Matthaei, revocavimus lectionem cod. Aug. cf. not.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

ἄφρων ἄνασσα, σοὶ δὲ κ' ἐλπίζεις, ἔτι
πιστοὺς ἔσεσθαι τοὺς γάμους Ἀτρειδέω;
οὐκ οἶδας, ὅσσα γ' ἡ τύχ' ἀνθρώπων
Φρεσὶν
εἴωθε βάλλειν, ὅπποτ' ἔστ' εὐήμερος;
τί γὰρ νομίζεις τὴν ἅλωσιν Ἰλίου
τῷ σῷ δ' ἀκοίτῃ προσβεβληκέναι κακόν;
εἰ πρότερον ἦν θυμῷ παραφρονῶν φύσει,
νῦν δ' ἔστ' ἄτλητος, Ἰλίου νίκης κάρα
λόφον διδοῦσης, καὶ ψυχὴν ὑπέρβιον.
εἰ κ' οὐδὲν εἴη δ' ἄλλο, σοὶ δ' ἀρκεῖν μόνον
ὤφειλε τοῦθ' ὃ νῦν δ' ἔλεξ'. ἀλλ' οὐ
μόνον —

— — — — — — —

Variae lectiones.

v. 337. Antea in cod. Aug. erat ἔσται, **sed** ἰῶτα inductum littera T. postrema accessit etiam apostrophus, et spiritus cum accentu.

καὶ σ᾽ οὖν δίκαιόν γε ξυναποθνήσκειν ἐμοί.
μὴ ταῦτα δ᾽, ὦ δέσποινα, δεῖ σε νῦν τρέμειν.
κεῖνος γὰρ ἥκων αἷμά σοι δώσει τὸ σὸν,
ὃ ᾽ν τῇ θυγατρὶ πάσσεν, εὐσεβής, ποτε.
τί σοι δ᾽ ὁρῶ πρόσωπον ὠχριασμένον;
τί δὲ καὶ ἀμειδέσ᾽ ὄμμασιν κάτω βλέπεις,
ἄνασσα; δεῖ ᾽ν τοῖς ἐσχάτοις θαῤῥεῖν μάλα.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἕλκει μ᾽ ὄπισθεν γνησίων λέκτρων ἔρως,
πείθει δὲ κάμπτειν τὴν ψυχὴν τῇδ᾽, ὁπόθεν
οὐκ ἔπρεπ᾽ αὐτὴν ἐκπεφευγέναι ποτέ.
στρέφειν γὰρ ὀψὲ τὸν νόον πρὸς τὸ πρέπον,
τίς μὴ λέγοι δ᾽ ἄμεινον εἶν᾽, ἤτ᾽ οὔποτε;

Variae lectiones.

v. 320. *τίσει* ex coniectura restituerat Matthaei, revocavimus lectionem cod. Aug. cf. not.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

ἄφρων ἄνασσα, σοὶ δὲ κ᾽ ἐλπίζεις, ἔτι
πιστοὺς ἔσεσθαι τοὺς γάμους Ἀτρειδέω;
οὐκ οἶδας, ὅσσα γ᾽ ἡ τύχ᾽ ἀνθρώπων φρεσὶν
εἴωθε βάλλειν, ὅπποτ᾽ ἔστ᾽ εὐήμερος;
τί γὰρ νομίζεις τὴν ἅλωσιν Ἰλίου
τῷ σῷ δ᾽ ἀκοίτῃ προσβεβληκέναι κακόν;
εἰ πρότερον ἦν θυμῷ παραφρονῶν φύσει,
νῦν δ᾽ ἔστ᾽ ἄτλητος, Ἰλίου νίκης κάρᾳ
λόφον διδούσης, καὶ ψυχὴν ὑπέρβιον.
εἰ κ᾽ οὐδὲν εἴη δ᾽ ἄλλο, σοὶ δ᾽ ἀρκεῖν μόνον
ὤφειλε τοῦθ᾽ ὃ νῦν δ᾽ ἔλεξ᾽. ἀλλ᾽ οὐ μόνον —

— — — — — — —

Variae lectiones.

v. 337. Antea in cod. Aug. erat ἔσται, sed ιοτα inductum littera T. postrema accessit etiam apostrophus, et spiritus cum accentu.

Notae in Clytaemnestram [1]).

Ad inscriptionem. „In cod. Aug., ut in „praefatione monui, desunt a principio omnia. „Incipit enim: προλογίζει Τισιφόνη. Sophocles „autem in hac fabula idem argumentum tractat, „quod Aeschylus et Seneca in Agamemnone. In „tribus enim his fabulis conspirant Clytaem„nestra et Aegisthus in caedem Agamemnonis „et Cassandrae, ab Ilii expugnatione Mycenas „revertentium. Apud Aeschylum pauca his si„milia leguntur. Maluit enim Sophocles suo, „quam alieno ingenio uti; Seneca vero in his no„tabiliter imitatus est Sophoclem, ut in multis „non tam partes imitatoris, quam interpretis ege-

[1]) Insertae sunt suo loco C. F. de Matthaei animadversiones, quae praeter litteram M., quam cuiusque animadversionis fini subiunximus, etiam hoc signo („) in initio cuiusque lineae distinctae sunt.

„rit. Clytaemnestrae Sophoclis pauci mentio„nem fecerunt. Vide Soph. ed. Brunck. T. 4. „p. 625. et Hesych. edit. Alberti t. 1. p. 508 in „ἀρκ́βῳ. Ita tamen inscriptam fuisse hanc tra„goediam, mihi fit probabile et ex eo, quod eam, „in qua caedes Clytaemnestrae et Aegisthi per „Electram et Orestem narratur, Electram in„scripsit. Ergo hanc, quae caedem Agamem„nonis et Cassandrae per Clytaemnestram et „Aegisthum exponit, appellavit Clytaemnestram. „Accedit, quod nullibi mentionem factam esse „recordor Sophoclis tragoediae, Agamemnonis „nomine." M. — conf. prolegom. Cap. 1.

Ad prologum. „Accommodatissime et „loco et tempori et argumento tragoediae, Tisi„phone inducitur loquens, quae ita auctore „Eustathio ad Hom. Iliad. p. 763 dicta est, ἐπεὶ „δίκας αὐτῇ τίνουσιν οἱ φονεῖς. Ipse autem prolo„gus hanc laudem habet, quod totius fabulae „argumentum breviter exponit. Apud Senecam „umbra (εἴδωλον) Thyestae prologum habet, quod „valde probabile est. Apud Aeschylum praefa„tur speculator, (φρυκτωρός), quod parum ha„bet dignitatis: ne dicam, eius personam prorsus „esse alienam, cum praesertim multa proloqua-

„tur, non tam tragica, quam ridicula [2]), veluti „ista a principio: θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν „πόνων - κυνὸς δίκην. et: εὖτ' ἂν - συμβαλεῖν ὕπνῳ „κ. τ. λ." M. — Non solum in hoc prologo, sed in toto praeterea dramate, quantum eius nobis superest, prorsus desidero δεινότητα illam Sophocleam, qua virtute prae ceteris eius fabulae praestant. Verum in iudicio de eiusmodi re magis ad internum quendam pulchri sensum provocandum est, quam ut omnia singulis locis demonstrare possis [3]). Atque difficilior plerumque est ea quaestio, qua de maculis aut praestantia scripti alicuius agitur, quam quae sola unius sententia, qua sibi ita videri censet, confici possit; nam eadem saepe aliis pulchra, aliis deformia videntur. Verum enim vero drama hoc, quod Sophoclis nomine insignitum

[2]) Iniquior est vir doctissimus in Aeschylum. Virtutes prologi illius bene exposuit *Schütz comment. in Aeschylum* T. 2. p. 134. et de κυνὸς δίκην. cf *eund. l. c.* p. 136.

[3]) „quippe qui certum habeam, gustu quodam in „percipiendis veterum elegantiis exercitato haec „talia potius diiudicari, quam conquisitis studio„se argumentis" verba sunt magni Hemsterhusii ad Prop. 1, 20, 44. pag. 933. edit. Burm.

haud Sophocleum est, singulis fere versibus inepta quaevis legenti obiicit. Tacebo de toto orationis habitu elumbi et sine nervis; singulis tantum locis censuram adhibebo, atque efficiam, si haud vanum animi praesagium est, ut Horatiarum illud, *ubi plura nitent* etc. nostro scriptori haud queat adhiberi. Iam prologus quidem haud quaquam Tisiphonen furiam decet. Exspectaremus, si bene veterum de furiis notiones insitas novimus, eam superbientem, quod pulcherrime sibi sororibusque cessisset generis Tantali pernicies; exspectaremus eam gravissima quaeque loquentem, odio laetitiaque plenissima, simul tamen eandem intentam, quo, quotquot Tantalidarum superessent, hos simili fato pessundaret. Verum nil eiusmodi invenies. Sedato animo et anili fere loquacitate narrat Tisiphone, quae ad ea usque tempora Tantali eiusque posterum fuerit sors, quid praeterea iis immineat. Sed commotior animus, vivacior loquendi modus, et similia, quae maxime Furias decent, longe absunt. Ni pessumis senariis omnia comprehenderentur, vix perspicies, quo a pedestri oratione haec verba discrepent. Credas fere, loqui aliquem mythographorum, historiam hanc, ex poëtis

haustam, enarrantem. — Monendum praeterea duco, hoc, quod Tisiphone prologum agat, ad Senecae exemplum quoque effictum videri, ex quo pleraque sua hausit iste scriptor; verum haud ex Agamemnone, sed ex Thyeste (unde alios quoque locos in suum usum convertit), ubi Megaera cum Tantalo prologum recitat.

v. 1 — 3. Sententia statim, tribus his versibus comprehensa, quibus totum illud egregium opusculum incipit, falsissima atque inepta. *Tantalidae negotia facessunt Tisiphonae, ceterisque omnibus diis inferis.* At quanam tandem re? Etenim si quis mihi negotia facessit, molestus certe is mihi est, neque de eius factis gaudere possum. Verum quis unquam veterum ita de Furiis locutus est? quae ultrices deae, haud quaquam inertia et desidia latebant, sed promtae ad diras exsequendas alacri et laeto animo exagitabant, quemcunque sors vel scelus puniendum tradidisset. Unus e multis veterum locis sufficiat, *Eurip. Phoen.* 1517 *ed. Porson.*

τρισσὰ φέρουσα τάδ' αἵματα σύγγονα [4]),

[4]) corpora Iocastae, Polynicis, et Eteoclis.

ματέρα, καὶ τέκνα, Χάρματ' Ἐριννύος,
ἃ δόμον Οἰδιπόδα πρόπαν ὤλεσε.

In *Ovidii* quidem *epistola Hypsipyles* v. 45. occurrit *tristis Erinnys*, sed est eo loco tristia quaecunque praesagiens, sive mali ominis. Apud *Virg. Aen.* 2, 337 eadem *tristis* vocatur, ut malorum tristium in bello causa, quo sensu *triste bellum* quoque legitur ap. *Senec. Octav.* 300. — Verum simus faciles; concedamus Tisiphonen, laboris impatientem, propterea nunc queri, quod Tantali soboles tot sibi negotia facessat; at quo pertinent οἱ λοιποὶ, οἱ κάτω θεοί? Furiis quidem iniunctum erat negotium, ut scelere contaminatos, etiam dum in vivis essent, exagitarent, miserisque comites nullam requiem concederent; verum longe alia res est in ceteris diis inferis; eorum in criminibus puniendis nullus labor, nisi eo trahere velis iudicium in Orco, quod tamen nullo modo tot molestias diis iudicibus creare potuit, ut eorum omnium vicem acerbe Tisiphone deploraret. Neque ad omnes deos hoc iudicium pertinebat, ut Stygem, Noctem, alios. — Mirum, ni hoc loco, cum gravitatem orationis lepidum hoc scriptoris caput tali

panno auctam existimaret, turpiter hallucinatus fuerit.

At longe aliud praeterea in his versibus argumentum est, quo hanc fabulam Sophoclis haud esse, evincitur. Inest illud in ignorantia linguae Graecae, quam statim ab initio auctor prodidit, καὶ - - τε pro simplici καὶ vel τε adhibens, quarum vocularum coniunctarum diversam prorsus significationem esse, vel pueris notum est ex *Hoogeveeni* libro (p. 743 ed. Lips.) et *Zeunii Hoogeveenique* notis ad Vigerum (p. 517 et 519 ed. Herm.). Sed inservit hanc particulam iste, ut metrum fulciret, quod absque ea haud staret [5]), cuiusmodi exempla plurima notabimus.

v. 4. ἀφ' οὗ γε. Nondum aliquid certi de hoc loco pronuntiare ausim. Magna enim adhuc lis inter grammaticos est, an γέ pleonastice

[5]) *D'orvillius* quidem (ad Charit. 4, 7. p. 455. ed. Lips.) particulam τέ abundans inveniri contendit. Cui etsi adsentiamus, (a quo longe tamen absumus), nihilominus tamen ea, quae supra diximus, stabunt, cum nullus veterum locus produci possit, ubi καὶ - τε positum fuerit, ita ut alterum abundaret.

ad metrum fulciendum adhiberi possit, necne. Qui id fieri posse contendunt praeter Eustathium magnum habent auctorem, *Valkenaerium ad Eurip. Phoen. pag.* 283. 448. In priori loco versum sic ediderat vir summus

ἐπεὶ τάγ' ἀρκοῦνθ' ἱκανὰ τοῖς γε σώφροσιν

et disertis verbis addit: „prius γέ ponitur πρὸς βύσιν χασμῳδίας." Sed bene, ni fallor, Porson cum maxima parte codicum reduxit τοῖσι σώφροσιν. Quae duo praeterea idem loca laudat ad duplex γέ defendendum, eorum diversa ratio est, cum nullum redundet. *Soph. Oed. Tyr.* 1040 (1030 Br.) verte „tuus *quidem*, o fili, conservator, eo *saltem* tempore." *idem Oed. in. Col.* v. 379. (387. Br.) verte, *equidem* hanc spem alo, his *saltem* acceptis oraculis." In exemplis nonnullis notabilioribus, ubi ter quaterve ea coniunctio recurrit, redundare numquam, monstravit *Hoogeveen;* (l. c. p. 148) ex quibus exemplis alterum Il. E. 288 *Herrmannus* V. D. suo more, id vero est, peracute illustrat (*de ration. emend. Gr. Gr.* T. 1. pag. 170.) Verissime idem addit, „hinc patet coniunctionis „γέ hanc vim esse, ut de aliquo rerum numero „aliquam rem eximat, deque ea re pro certo „affirmet id, quod de reliquis in dubio relin-

„quit." Hactenus ille. Magnam iam auctoritatem Valkenaerio opposuimus; ad quam normam si nostrum locum exigamus, patet, ad hiatum vitandum (quem saepissime tamen neglectum reperies) fulcrum hoc versus insertum esse, nulla, hoc quidem loco, significatione, imo aliena. Foret enim: *ab eo saltem tempore, quo* etc. id vero esset, *si nullo alio tempore has mihi molestias Tantalidae creaverunt, fecerunt id certe ex eo tempore, quo* etc. At, quaeso, qui tandem antea de Tantalo poenas iam sumere potuisset Furia, nihil merito? Certe haud antea, quam Tantalus, conviva deorum [6]), elatior factus, superbiae improbitatem adiungeret. —

„δυστυχ. γέρων. Tantalus. Tantali et posterorum eius facinora et flagitia breviter notat „Fabritius ad Senec. Agam. v. 22." M.

v. 5. „παῖδα. Pelopem." M. — Nolo argutari in eo, quod Tantalus filium coxisse dicatur, haud assavisse; hoc tamen conveniret aetati heroicae; cf. Heyn. ad Iliad. α, 466. Nam in Euripidis Cyclope v. 357 et 403, ut in seri-

6) Hor. Carm. 1, 28, 7.

serioribus poëtis Latinis hanc constantiam haud desidero. cf. Barnes. ad Cycl. l. c. qui tempora et scriptorum genus haud distinxit. De loco Athenaei lib. 1. p. 25. cf. Heyn. obs. ad Iliad. Φ. 362. — Verum sunt haec leviora, omittenda ubi gravioribus res confici potest argumentis.

v. 6. De augmento diximus in prolegomenis; occurrit nunc primus versus, ubi illud omissum est, quod nostro loco facillime restitui potuit, pro καὶ δῶκεν scribendo κἄδωκεν. Sed in longe plurimis locis medicina adhiberi nequit.

v. 7. Recentem ab Homeri lectione fuisse, eiusque tantum formas vocum Ionicas calluisse huius fragmenti artificem cum e nonnullis puerilibus Homeri imitationibus apparet, tum maxime manifestum est ex tot vocum formis, Homericae tantum sive veteri Ionicae dialecto propriis, quas tantum non omnes repudiarunt tragici. Prorsus abstinuerunt participio ἐὼν, quod hoc versu et aliis in locis legitur. — Pro κῆν, ut scriptum exstat in editione Mosquensi, vitiis typographicis referta [7]), edendum curavi

[7]) Sustulimus eos errores omnes in nostra editione; veniam vero rogamus, si novi forsan in nostram

κἀν i. e. καὶ ἐν, forma tragicis usitata; dubitanter tamen feci. Nam haud raro bonus hicce scriptor Doricas Ionicasve formas Atticis uno eodemque versu immiscuit. Iam κἠν foret Doricum, ut κἤγω ap. *Theocr.* 2, 118., et ipsum κἠν dicitur in Anthologia exstare. cf. *Stephan. Thes. h. v.* Duae vero causae fuerunt, quae me ad hanc correctionem impellerent; altera, quod rariores vocum formas omnino ignorasse videtur auctor; altera vero, quod, cum vitium typographicum in accentu commissum esset, facile quoque in ipsa voce excudenda peccatum esse potuit. — „Cod. Aug. ἅδη de spiritu dis„putat Eustath. ad Il. p. 16. edit. Rom." M. —

Sed multo magis in hoc versu sententia nos offendit, qua nil fere absurdius cogitari potest. Quid enim istud sibi vult, *tale facinus* (filium coctum a Tantalo deorum epulis appositum esse) *adeo, si in Orco perpetratum fuerit horrendum et male factum esse.* Si scriptum exstaret, etiam inter barbaras gentes, quaeque ab humano cultu maxime alienae reperiantur, immane facinus videri, intelligerem; nunc ve-

irrepserint; quod plagulas, propter longinquitatem locorum ipsi inspicere haud potuimus.

ro nihil video. Orcus enim nullorum criminum sedes; haud ibi degunt, qui atrocibus factis sceleribusque cuiuscunque generis perpetrandis laetantur. Puniuntur ibi, qui humana divinaque iura violaverunt, et immanius aliquid commiserunt; neminem vero Tartarus in lucem produxit, eo consilio, ut talia committerentur, nisi eo velis trahere raptum Proserpinae, aut lepidam illam Luciani fabulam *Var. hist.* 2, 23. *p.* 467. *ed. Schmieder.* Praeterea, quisnam in Orco tale facinus perficeret? Deorumne aliquis an umbrarum? *At*, obiiciat forsan nonnemo, *frustra haec monentur; loci enim huius sensus alius est. Vertas, facinus hoc etiam ab iis, qui sint in Orco, indignum et immane haberi, iis etiam atrox videri.* Concedo (quamquam κακὸν haud sit ἀπεχθὲς, et quod tum scriptum esse debeat καὶ τοῖς ἐν ᾅδου etc.), num sanior propterea sententia evadit? Etenim, qui sunt ἐν ᾅδου vel dii inferi sunt, vel umbrae. Illos si auctor in animo habuit, quaero, quid causae fuerit, cur eos *adeo* hoc facinus abominari diceret; quasi minores culpas haud perinde odio habuerint, ac superi! imo, ut iudices omnium sceleratorum et impurorum, magis etiam auctores eius-

modi delictorum puniunt et adversantur. Reliquum itaque est, de umbris haec intelligere, et quidem de iis, qui perpetuo illic poenas patiuntur; ut sensus sit: ii adeo, qui immanissimorum scelerum poenas in Tartaro luunt, hoc tamen facinus ut nimis atrox abominari et exsecrare. Itane vero? rursusne humanos sensus induerunt? Minora fuerunt, quae Danaides aliique perpetrare sustinuerunt? — Sed satis superque iam de miselli huius scriptoris ineptiis verba fecimus. Unum hoc addamus, haud omnino vel ex uno hoc loco absurdam videri suspicionem, christianum aliquem operis huius esse auctorem, de inferis, malorum daemonum sede, et omnium criminum, quae unquam facta sunt, officina cogitantem.

v. 8. Restitui hoc loco ex codice Augustano γὰρ ὁ ζεὺς, pro eo, quod ex apographo Alexandrino, ut videtur, *Matthaei* V. D. edendum curavit, ὁ ζεὺς γάρ. Impulit me eo aequitatis ratio, quae postulare videbatur, ut in iis locis, ubi libri scripti meliorem lectionem praeberent, haud, deteriori praelata, huic notam censoriam adhiberemus. In lectione editionis Mosquensis insigniter in metrum peccatum est,

admisso Spondeo in pari trimetri loco. *Nam vocalis ante ζ more tragicorum producenda est.* (Hermann. de metr. p. 155. coll. Porson. ad Eurip. Orest. 499.) Verum si quis alteram illam lectionem, a nobis eiectam, pertinaciter retinere velit, haud magnopere refragabimur, in memoriam nobis revocantes, scriptorem nostrum omnino ignorasse videri vocalis brevis finalis positionem, quam vocant, sequenti voce per duas litteras consonantes incipiente. Ex eodem praeterea codice recepimus καὶ θεοί τ' ἄλλοι, pro δ' ἄλλοι, non propterea, quoniam illud magis Graecum crederemus, sed quoniam particulas καί-τε iunctas pro alterutra harum saepius a nostro adhibitas vidimus. cf. ad v. 2. At sive τέ sive δέ legas, utrumvis otiose interpositum ad hiatum vitandum.

v. 9. συνεστιῶντες sunt, qui simul aliquem convivio excipiunt, nequaquam vero, qui una epulantur; hi dicuntur συνεστιώμενοι. — ἑστιᾶν, αἰτιατικῇ, τρέφειν. καὶ ἑστιᾶσθαι, τρέφεσθαι, εὐωχεῖσθαι. *Suid.* Nota est res, neque eget exemplis. Parum itaque calluit scriptor linguam Graecam, nec erubuit tamen foetum suum deformem Sophocli supponere! — Primum

praeterea hoc loco occurrit anapaestus, idque quarta sede, nullo modo is quidem tolerandus. cf. prol. Cap. 2. §. 1.

v. 10. Iterum tenemus scriptorem christianum; ἐγείρειν enim, excitare e mortuis, in vitam revocare, vox est in novi foederis libris adhibita, ut 1 Cor. 15, 20. saepius. Haudquaquam vero in genuinis Graecorum scriptis occurrit; ut vel ἐγέρσιμος ὕπνος, et δυσδιέργετος, νήγρετος ostendunt; quorum illud ex Nonno citant Lexica; δυσδιέργετος legitur in Galeno ad Hippocr. lib. 2. Aphor. 3, et saepius in medicorum scriptis, νήγρετος vero in suavissimo Homeri versu Od. v. 80.

νήγρετος, ἥδιστος, θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς.

— Praeterea augmentum omissum est in ἔγειραν, quod hoc quidem versu restitui nequit, propter Spondeum, qui secundam sedem occuparet. Male me habet tandem τεθνηκότα, quae vox nimis exilis est, pro indignitate rei. Sed talia vituperanda forent, si Sophocles ipse haec scripsisset, haud vero in insulso hoc scriptore.

v. 11. „ἡμῖν, diis infernis" M. — Augmentum rursus deest; potest tamen scribi γονῆ'

ἔδωκαν. Verum γονῆα praeterea est ex iis formis Ionicis, quibus Attici, praesertim tragici, haud utuntur. (cf. ad v. 7.) Habent quidem nominativos et accusativos pluralis numeri in ῆες et ῆας, a singulari in εύς derivatos, sed hos quoque nonnisi in melicis. cf. e. g. Euripid. Phoen. 843.

v. 12. Praeter anapaestum in secunda sede, (qui vitari potuit alio verborum ordine, ὅστις τάλας μῆλα παρατηρεῖ νῦν χ᾽ ὕδωρ) offendor etiam voce παρατηρεῖν, quod est vel prope intueri vel custodire (haudquaquam *inhiare*, ut in versione editionis Mosquensis expressum est,) in qua voce nihil inest, quo poena Tantali gravior denotetur.

v. 13. „φεύγον - τα τὸ στό - μα καὶ — κρεμάμε - νον ἀεὶ λίθον" M. Aures Sophoclis Atticas et subactas tali versu non offensas fuisse! Quodsi ei vel unus versus huic similis excidisset, haud intelligerem, quo iure *nobiles Sophoclis numeros* vocasset Hermannus V. D. (praef. in Euripid. Hecubam p. 62.) tribrachys est inter duos anapaestos, quorum prior in tertia, posterior in quinta sede; at nullus eo

rum ex iis causis defendendus, quas in prolegomenis attulimus. Verum quoniam clarissimus editor in nota, (quam huic nostrae praefiximus) versum, cuius parum suaves numeros ipse sensisse videtur, haud bene in pedes distinxit, age, meliorem distinctionem subiiciamus. φεύγον — τα τὸ — στόμα, καὶ — κρεμάμε — νον ἀεὶ — λίθον. Nam τὸ ex iisdem causis producitur, e quibus ὁ versu 8, quem vide [8]). Praeterea locus, quem vocula ἀεὶ occupat, sensui obest. Nam quod semper suspensum est, id numquam cadet. Metuisset itaque Tantalus numquam casurum saxum! Sed scriptor voluit sine dubio, ἀεὶ coniungi cum φοβεῖται, quod verborum ordo aegre patitur [9]).

v. 15. Parum intererat, utram lectionem sequeremur, num eam, quae ab editore re-

[8]) Exemplum, si tanti est, brevis vocalis in fine sequentibus litteris σ et τ, alteram vocem incipientibus, productae videbis in Sophocl. Electr. 457. Aeschyl. Eumen. 641.

[9]) „Tales in senariis verborum traiectiones nuspiam „occurrunt" verba sunt Brunckii ad Electram v. 467; quem locum similiter inversum esse magnus ille Toupius existimarat.

cepta est et a nobis servata δὲ αὖ τά, an quam codex Aug. obtulit γάρ αὖτα. Utraque enim vitio laborat, haec, quod parum Graeca est, illa, quod legibus metricis adversabatur. Etenim vel particula δὲ retinenda, quae sensui aptissima est; tum vero hiatus insignis relinquitur, cuius exemplum nullum in tragicis, quotquot eorum nobis supersunt, exstat, vel, vitato hiatu, particula γάρ erat intrudenda, cui nullus hic locus.

v. 16. „In codice Augustano constanter „est Θιέστης, quod eo magis miror, quod scri„ba et Graecus et doctus fuit, ac raro in aliis „huius generis erravit. Tantalus avus, Pelops „filius, Atreus et Thyestes nepotes, Atrei, (v. „infra v. 308.) seu Plisthenis (v. Aeschyl. Aga„memn. vers. 1611. [1613. ed. Schütz. maioris. „1594. minoris] οὕτως ὀλέσθη πᾶν τὸ Πλεισθένους „γένος [10]) filii, Agamemnon et Menelaus,

[10]) ὀλέσθαι Schütz. Sed optime idem in editione maiore addit: „Hunc versiculum a grammatico „quodam consarcinatum esse puto. Parum enim „haec Aegistho conveniunt. Et nondum totum „Plisthenis genus perierat. Denique eiecto hoc „versiculo, v. 1612 longe aptius cum v. 1614

„Thyestae filius Aegisthus, Agamemnonis „Orestes." M. υἱωνοὶ Ἀτρεύς. Ne talem quidem hiatum admittunt tragici, ut diphthongus aut longa vocalis sequenti vocali corripiatur. cf. Porson. ad Eurip. Orestem. 792. Hermann. in praefatione ad Hecubam p. 55.

v. 18. „βαίνων, ἀναβαίνων, ἐπιβαίνων" M. λέκτρα βαίνειν, qui dixerit novi neminem. Est Homericum βαίνειν τι pro conscendere aliquid. *Il.* γ. 262.

Πὰρ δέ οἱ Ἀντήνωρ περικαλλέα βήσατο δίφρον.

Tragici ubi βαίνειν cum accusativo ponunt, plerumque pro incedere (γῆν per terram. *Eurip. Phoen.* 692.) adhibent.

v. 19. „ξύγγαμον, Aëropen. Ovid. Trist. 2, 1, 391. 392.

Si non Aëropen frater sceleratus amasset
Aversos Solis non lugeremus equos."

M. Si bene novi usum tragicorum, scripsisset Sophocles τὴν ἀδελφῷ ξύγγαμον. Sic Eurip. Herc. fur. 149.

„connectitur." Quod iudicium suum idem vir doctissimus etiam in editione minori retinuit, ubi versum hunc uncinis includendum curavit.

v. 20. „τρία. Eos Scholiasta ad Oresten „Euripidis p. 79. edit. Barnes. (ad vers. 811. „p. 105. edit. Lips.) nominat Ἀγλαὸν, Ὀρχομενὸν „et Κάλεον. Seneca tres etiam memorat in „Thyeste pag. 157. edit. Schroeder. (editio haec „non ad manus est; quem locum itaque intel- „lexerit vir doctissimus nescio. Sed reperiun- „tur hi tres Thyestis filii eorumque nomina „v. 718 sequ.) et in Medea (Agamemnonen no- „minare voluit) p. 549. vers. 26. Sed primum „appellat Tantalum, secundum Plisthenem, „tertii nomen reticet." M. Praeter hiatum (vid. ad v. 16.) vox φέρειν pro concipere liberos, Graecis numquam in usu fuit. Ἐκφέρειν apud Aristotelem occurrere dicunt, de foeminis, maturo tempore parturientibus, et prolem in lucem edentibus.

v. 22. Rectius esset, ni fallor, et consuetudini scriptorum Graecorum convenientius, τὰ Ταντάλῳ πεπραγμένα. — Ceterum hic versus cum sequenti otiosa est repetitio versus 15. Tanta verborum penuria laborat Pseudosophocles iste!

v. 23. Anapaestus in secundo pari loco, qui vitari potuit eiecto articulo.

v. 24. „μιστύλλων. Seneca pag. 109. (Thyest. v. 60.)

„Membra per partes eant
discerpta.

„ibid. pag. 178. (ibid. v. 1060 sequ.)

artus — —
in parva carpsi frusta: et haec ferventibus
demersi ahenis"

M. Sumtos esse facile apparet hunc et duo sequentes versus ex notissima Homerica epularum parandarum et instruendarum descriptione, quae toties iisdem fere verbis recurrit, primum Iliad. α. 458—469. cf. praecipue vv. 465. 466.

μίστυλλόν τ' ἄρα τ' ἄλλα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν
ἔπειραν,
ὤπτησάν τε περιφραδέως ἐρύσαντό τε πάντα.

ex quo loco ipsa verba μιστύλλειν, ὀβελοὶ, et ὀπτᾶν bonus hicce Sophocles sumsit, ut vocem σφάττειν ex versu 459. Praeterea μιστύλλειν numquam apud Tragicos occurrit, neque vox est Attica. Ionicis scriptoribus eam propriam fuisse, praeter Homeri auctoritatem Herodoti loco probatur 1, 132. ἐπεὰν δὲ διαμιστύλας κατὰ μέρεα τὸ ἱρήϊον etc. Attica vox μιστυλλᾶσθαι sive

μυστλλᾶσθαι [11]) diversa paulum est significatione. cf. Schol. ad Aristoph. Plut. 626.

v. 25. Deberet esse κᾶδωκεν. cf. ad v. 6.

v. 26. „Aeschyl. Agamemn. v. 1106. (1105 „edit. Schütz. maioris, 1089 minoris)
ὀπτάς τε σάρκας πρὸς πατρὸς βεβρωμένας.
„v. 1602. (1604 ed. Sch. mai. 1585. ed. min.)
παρέσχε δαῖτα παιδίων κρέα. (παιδείων κρεῶν Sch.)
„M. Plura sunt in hoc versu, quae notam censoriam haud effugere possunt. Omitto anapaestum loco Iambi primo pari loco; haec metrica negligentia toties recurrit, ut vel invitus ei assuefiat. Verum linguae leges postularent ὠπτημένα, ut mox ἡψημένα. *Verum diversa tempora toties permiscent tragici, ut hanc varietatem data opera quaesisse videantur*, sunt Porsoni verba ad Euripid. Hecub. v. 21,

[11]) De ratione huius vocis scribendae nondum inter philologos constat. cf. Schol. l. c. ibique Hemsterhuis, qui μιστυλλᾶσθαι scribendum censet, cui assentiri videtur Schneiderus V. D. in Lexico. Verum in novissima Aristophanis editione Invernizii tum in hoc Pluti loco, quam in Equit. v. 837 (al. 827) et 1176 (al. 1168) altera ratio praefertur.

quibus forsan aliquis uti possit ad nostrum scriptorem defendendum. At mutatio ista temporum nullo modo pertinet ad participium perfecti passivi, quippe quod saepissime meri adiectivi vicem sustinet; et conditionem aliquam sive statum (ut vocare solent) exprimit. ὀπτώμενος respiceret praesentem assandi actum; verum ὠπτημένος cum dicis, actus ille iam absolutus est, ad quem animus non amplius attendit; ut uno verbo dicam, ὠπτημένος et ἡψημένος idem sonant, ac ὀπτὸς et ἑφθός. — Sed nullam linguae Graecorum eiusque grammatices accuratiorem notitiam scriptorem hunc habuisse, patet quoque inde, quod simpliciter dixit ὀπτᾷν ὀβελοῖς, pro ἀμφ' ὀβελοῖς, haud magis Graeca oratione usus, quam si latine dixisset assare sive torrere verubus; imo est *in verubus assare* cf. Virg. Ge. 2, 392. Plin. H. N. 30, 10. Similiter Graeci dixerunt ἕψειν ἐν τινί, ut Latini *coquere in aliqua re*. Neque tamen posterius hoc tantopere urgeo, quam prius illud. Caro enim, quae assatur, verubus transfigitur, atque tum praepositio omnino necessaria est; coquenda vero ollis continetur, ubi abesse illa particula posse videtur. Defenderet

quoque hanc rationem aliquis ex Virgil. Aen. 4, 636.

recoquunt patrios fornacibus enses.

— Ad totam praeterea sententiam quod attinet, quis non mirabitur putidam huius scriptoris diligentiam, qua rei atrocissimae immorans nullis verbis immanitatem facti abominatur, sed (perquam graviter et ad miserationem commovendam aptissime!) narrat, haec filiorum Thyestae membra partim cocta partim elixa patri apposita esse, et, ne quid nos fugiat, addit assata ea esse *in verubus*, cocta *in ollis aheneis*. Risum teneatis!

v. 27. „Ἥλιος vide notata ad vers. 19. Se„neca pag. 161. 162. (Thyest. v. 776 seq. 790 „seq.) haec verbosius et ad fastidium exponit." M.

v. 28. τοχῆα. cf. ad v. 11.

v. 29. Reliqui praesens tempus στρέφει in textu, quamquam id ad eas correctiones cod. Aug. pertinere videtur, de quibus in prolegomenis diximus. Cod. Alex. habet στρέφε, quod consuetudini nostri scriptoris magis convenit, augmentum saepissime omittentis. Retinuimus vero illud ex aequitatis ratione, quae postulat,

ut nulla nova vitia in scriptorem inferremus, satis iam praeterea vitiis abundantem.

v. 30. Graecus aliquis auctor scripsisset, ni fallimur, μὴ φέρων. Sed Graeca sint, necne, quae scribat, parum cavet Pseudosophocles hicce. — Totus praeterea versus perquam languidus est.

v. 32. Linguae rationes postulant ἐκλιποῦσαν.

v. 33. Prave abiicitur diphthongus αι in Μυκῆν', pro Μυκῆναι [12]). Nam etsi concedi debeat, τὸ αι finale in modis et personis verborum abiici posse, id tamen et rarum est, et in Ionicis atque epicis carminibus plerumque factum. Brunckium, qui idem in Euripid. Med. 975 et 984. commiserat, vituperat Porson ad posteriorem locum. Verum ceterae vel longae vocales vel diphthongi, et haec ipsa diphthongus αι, extra istas verborum formas occurrens, haud elidi pos-

12) Tragici plerumque habent Μυκῆναι; rarius Μυκήνη, sive Μυκήνα in lyricis, ut Eurip. Iphigen. Taur. 845. Noster bis tantum Μυκῆναι v. 33 et 105. Ter vero Μυκήνη adhibet v. 79. 95. 307.

possunt sequente vocali. Huc pertinet, ni fallimur, Brunckii nota ad Sophocl. Antig. 384, ubi, cum antea legeretur,

ἥδ' ἔστ' ἐκείν' ἡ τοὔργον ἐξειργασμένη

ille quidem reposuit

ἥδ' ἔστ' ἐκείνη τοὔργον ἡ 'ξειργασμένη,

ex more poëtarum Atticorum, ut addit, scilicet longas vocales haud abiicientium, cf. praeterea Porson. ad Eurip. Phoen. 1230. Verum saepissime talia in hac Clytaemnestra occurrunt, quae, ubi in posterum occurrent, verbo tantum indicabimus [13]). — Magis Sophocleum praeterea in hoc versu mihi videretur γένει. Similiter sequenti versu duplex negatio displicet, in qua nulla vis, cum primaria vox sit τέρμα.

v. 35. Atticum esset ζητῶν. Sed cavere voluit scriptor metro, quod tamen egregie pessundedit, Trochaeum quinto loco ponens. Nam secunda syllaba in ἐκδικία corripitur. Idem in eadem voce vitium recurrit vers. 39.

v. 37. „Seneca. pag. 550. (Agamemn. v. 30)

[13]) Voculae καὶ similiumque alia est ratio, eaque notissima.

Gnatae nefandos petere concubitus iubet"

M. — Quinque versuum spatio ter θυγατρὶ sive θυγατρὸς repetitur, ingrato sono; tragici praeterea mediam in hac voce semper corripiunt, quam noster metri ignarus produxit, forte ex Homero haec hauriens, qui saepissime eam syllabam longam exhibet ut statim Il. α, 13.

λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα.

— Praeterea τῇ κορῇ otiose adiectum est; dicitur quidem Graece θυγάτηρ κόρη, ut Latine *filia virgo*. Verum ubi, ut hoc loco factum est, ambae illae voces disiunguntur, ita ut utrique articulus praemittatur, longe aliud sonant. Nam non iam simpliciter filiam virginem dixit, in qua loquendi formula κόρη, ut *virgo* epitheton foret ornans, sed dixit eam filiam, quae adhuc virgo esset, necdum nupta, ita ut primaria haec sit sententiae notio. Verum tota res, quam ex oraculo Phoebi Thyestes acceperat, non in eo vertebatur, ut cum ea filiarum, quae *virgo* esset, rem haberet, sed tantummodo, ut cum *filia* concumberet. — Eiusdem notae, sed insulsior etiam, si fieri potest est vers. 201.

v. 38. „Intelligit Pelopeam, ex qua natus „est Aegisthus, qui postea Atreum, eiusque fi-

„lium Agamemnonem interfecit" M. — Anapaestus quarto loco, qui nullo modo ferri potest.

v. 39. γονῆος. cf. ad v. 11. ἐκδικία. cf. ad v. 35. — τ' in edito ex codice Augustano insertum abest a cod. Alexandrino. In utraque lectione scabri aliquid inest. Etenim in recepta τε prorsus otiose inseritur, ad hiatum explendum, convenienter Graeculi huius consuetudini. cf. ad v. 2. Omissa vero ea particula, hiatus oritur; neque hoc abhorret ab istius re metrica. cf. ad v. 16. — Voluit praeterea auctor hunc versum significare, *qui susceptarus sit ultionem patris*, sive, quemadmodum in versione editionis Mosquensis exstat, *qui sit parentis ulturus iniurias*. Sed longe aliud dixit: *quem manebit ultio patris*, i. e. *in quem cadet ultio patris*.

v. 40. Quam vim δὲ habeat, haud video; prorsus abundat, salvoque metro potest omitti.

v. 41. θυγατρί. cf. ad v. 37. — Anapaestus invenitur quarta sede.

v. 42. οὔ πέρι 'στὶ νῦν λόγος· quam suaviter hoc adiectum est, scilicet ne vel audientes vel

legentes ignorarent, praecipuas quasdam in hac fabula Aegisthi esse partes.

v. 44. Recepi e cod. Alexandrino πόλει τῇ Ἰλίου. Nam usitatius est Graecis μένειν ἐπὶ τοπῷ, quam ἐπὶ τόπον. Euripid. Heraclid. 279, 280.

Ἀλκάθου δ' ἐπ' ἐσχάτοις,
καραδοκῶν τἀνθένδε, τέρμασιν μένει.

Etsi haud me fugiat, ἐπὶ cum accusativo saepius esse *ad, circa,* de regione. Sic Xenoph. Cyrop. 7, 5, 1. ἐπεὶ δὲ πρὸς Βαβυλῶνι ἦν ὁ Κῦρος, περιέστησε μὲν πᾶν τὸ στράτευμα ἐπὶ τὴν πόλιν. Sic affertur hic locus in Lexico Xenophonteo Sturzii V. D. T. 2. p. 266. [14]). Sed in editione Weiskiana περὶ legitur, aptius ad sensum. — Nondum vero mihi locus occurrit, ubi μένειν ἐπὶ τόπον dictum sit, cuiusmodi exempla, ex solis tamen Atticis scriptoribus prolata, alteram lectionem defenderent. — In lectione autem, quam nos dedimus, offendit hiatus.

v. 46. Deest augmentum in φθεῖρεν. — πάτρην est forma Ionica. Hom. Il. α, 30.

ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ, ἐν Ἄργεϊ, τηλόθι πάτρης.

14) Affertur ibidem et pag. 803. alius locus, ubi editio Welsiana habet ἐπὶ τὰ βασίλεια; ceterae vero περὶ. Verum est is 7, 5, 68; haud vero 7, 5, 24, ut utroque loco excusum est.

et saepius. Tragicis semper πάτρα dicitur; exempla sunt ubique obvia. Ediderat Barnesius in Eurip. Phoen. 610. (616. Pors.) πάτρης, non solum nulla codicum auctoritate, verum etiam contra ipsum hunc poëtarum tragicorum morem; bene itaque restituit Porson πατρίδος.

v. 47. νοστοῦντ' pro νοστοῦντι. *Quamquam enim exstant huius elisionis minime obnoxia dubitationi exempla, ea tamen tam pauca sunt, ut longe maxima pars exemplorum, in quibus iota dativi elisum videtur, corrupta sit, latentibus ibi accusativis*, verba sunt Hermanni, notis in Eurip. Hecub. pag. 151. Prodit vero ignorantiam et linguae et metri Graecorum homuncio hicce in hac etiam re, saepius iota dativi abiiciens. — Anapaestus praeterea in secunda sede invenitur. — ἐφοπλίζειν cf. ad v. 134.

v. 48. „'κπεμπόμην loco ἐξεπεμπόμην. πρὸς „αὐτοὺς, id est, Aegisthum et Clytaemnestram" M. — Hic versus insigniter tum contra metrum, tum contra Tragicorum loquendi consuetudinem peccat. Nam etiamsi εἵνεκεν in εἵνεκα mutare velis, relinquitur tamen anapaestus quarta

sede; praeterea ἐκπεμπόμην pro ἐξεπεμπόμην, augmento omisso, haudquaquam tragicum est. εἵνεκα insuper Ionica est forma (cf. Beck. ad Thucyd. 6, 56.), cuius exemplum in toto Sophocle nullum occurrit; in Euripidis editione Lipsiensi maiori, ad Barnesianam recensionem excusa, duo inveniuntur loca, ubi εἵνεκα remansit, alterum in Androm. v. 409. iam a Musgravio et Brunckio e codicibus mutatum; alterum vero in Herc. fur. v. 210, quod sine ullo dubio eodem modo mutari debet. In Aristophan. Equitib. v. 548. editiones antiquiores habuerunt τούτων οὕνεκα πάντων, contra metrum. Ediderunt Kusterus et Brunckius τούτων γοῦν οὕνεκα; Invernizius vero male ex libro Ravennate τούτων οὖν εἵνεκα. In Xenophonte εἵνεκα remansit in Hist. Graec. 5, 1, 17, mutandum ni fallor in ἕνεκα. — Vide vero scriptoris nostri incogitantiam; facilius enim et numerosius scribere potuisset

κἀγὼ πρὸς αὐτοὺς τοὔνεκ' ἐξεπεμπόμην.

v. 49. Memorabilis hic in codicibus est lectionis varietas; verum ad metrum quod attinet, nihil interest, utram lectionem praeferas. Reliquimus itaque in textu operis eam, quam

Matthaei V. Cl. dederat; confitemur tamen, in recepta duo reperiri, quae in metrum peccent, cum in altera lectione unum tantummodo vitium insit, utrique commune. Corripitur enim, quovis modo versum constituas, secunda syllaba in μάστιγ', quam produci notum est. Hom. Il. ε, 840.

λάζετο δὲ μάστιγα καὶ ἡνία Παλλὰς Ἀθήνη.

Soph. Aj. 1254.

μάστιγος ὄρθος εἰς ὁδὸν πορεύεται.

In recepta lectione dactylus praeterea est quarto loco, ubi nullo modo ferri potest. Verum ideo hanc lectionem ab ipso operis auctore profectam puto, et alteri illi praeferendam, quoniam omnino ignoravit, brevem vocalem in fine vocis produci, exceptam a duabus litteris consonantibus. cf. ad v. 8 et 13.

„Quod ad sententiam attinet, loca simi„lia laudantur ab interpretibus ad Senecae Me„deam v. 961." M. Utor sola editione Thysiana, ubi nihil reperio. Haud absimilem locum invenies ap. Ovid. Metam. 4, 494 seq.

v. 50. τύπτουσα et ἐμβάλλουσα participia sunt temporis praesentis, quae vix huic loco conveniunt. — Aliud vitium latet in eo, quod

aliis in locis auctorum classicorum, ubi Furia aliquem flagello Stygio percussit, vel serpentes immisit, ille illico vecors et furibundus agatur; in nostro vero dramate Clytaemnestra atque Aegisthus rationis compotes de caede Agamemnonis consilia communicent.

v. 51. „Χελύδρων. vide Nicandri Theriaca „v. 411. 414. Scholiasta Lycophr. ad vers. 340. „χέλυδρος· ἡ θαλασσία χελώνη [15]). Tisiphonae „tribuuntur chelydri a Sil. Ital. 2, 536. Virg. „Aen. 6, 570.

„Sontes ultrix, accincta flagello,
„Tisiphone quatit insultans, torvosque sinistra
„intentans angues."

M.

v. 52. „μρὶ φάος. Sil. Ital. ergo eam ap„pellat, *noctis alumnam*. Pun. 2, 531. Sed „furiae et ab aliis appellantur *noctis filiae*.

15) Male hic locus ab doctissimo editore huc trahitur. Nam chelydri Furiarum haud sunt testudines marinae, sed alia eiusdem vocis significatione, serpentium venenatorum genus, idem, ex nonnullorum opinione, quod et χέρσυδρος vocatur, de quo vide Aelian. hist. an. 8, 7.

Vide Aeschyl. Eumen. v. 419. (v. 413. ed. Sch. mai. 406. min.)

ἡμεῖς γάρ ἐσμεν Νυκτὸς αἰανῆς τέκνα.

„et ibid. v. 322. (317. ed. Sch. mai. 313. ed. min).

μᾶτερ, ἅ μ᾽ ἔτικτες, ὦ μᾶτερ
Νύξ.

„Sophocl. p. 272. edit. Steph. (Oed. Col. v. 40)

στῆς τε καὶ Σκότου κόραι[16])

„ubi tamen Scholiasta alias etiam ex aliis scrip„toribus genealogias notat." M. Ineptas argutias captat scriptor; *sibi lucem esse in tenebris*. Vides *lucem* haud propria eius vocis significatione positam esse; sed voluit exprimere auctor hanc sententiam, *lucem se adversari, bene sibi esse in tenebris, ibi felicitatem se invenire*. Quam putide hoc!

v. 53. „Chorus Mycenaearum mulierum. „Idem fere argumentum est chori apud Sene„cam in Agamemnone, vers. 57 seq.[17]). Sed

[16]) Adde Sophocl. Oed. Col. v. 106. et Wakefield ad Aeschyli locum priorem.

[17]) Quae a versu 87. sequuntur, desumta sunt ex Senec. Agam. v. 310 seq.

„apud Senecam omnia sunt, ut ipse ait versu 90, *inflata Notis haud secundis.*" M. Multam operam frustra impendi, ut melica haec ad certum metri genus revocarem. Si quid video, videtur auctor ad versum usque 87. de antispasticis cogitasse, ita tamen, ut primus strophes et antistrophes versus dactylicus esset. Verum nondum mihi liquet, neque hercle operae pretium est, in miserrimo dramate frustra nervos intendere. Etenim in his difficilioribus metris credamus eum magis versatum esse, cum ne iambicorum quidem trimetrorum rationem calleret? — Ceterum quantopere omni altiori vatis spiritu destitutus fuerit Sophocles hicce, inprimis monstrant haec melica. Initium, quo maximorum et firmissimorum regnorum instabilem fortunam deplorat chorus, ferri potest, et satis aptum est, Priami et regni Troiani ratione habita. Verum quae a versu 79 inde sequuntur, languida, abiecta, et nimis vulgaria sunt. Per se haud vituperari potest, chorum Deis gratias agere ob felicem Agamemnonis reditum; vituperamus vero scriptoris in gratiis agendis dicendi formulas, quibus pedestrem orationem haud superat, praecipue vero, inopiam eius in variando oratio-

nis colore. Iisdem fere verbis Neptuno, Apollini et Iovi gratias agunt, et otiosa repetitione taedium creant. Chorus canit Neptunum, ἄδει ἄσμασι v. 89. Laudat Apollinem, αἰνεῖ ἐν ἀοιδαῖς v. 100. Nec Iovem illaudatum relinquit, οὐ λείπει ἄναυδον ᾠδαῖς v. 113. propterea quod Neptuno concedente ὑπείκοντος v. 90 et συγχωροῦντος v. 92.; Apolline permittente (συ ἔδωκας v. 103. et εἴασας v. 106.) et Iovis fato, ἀνάγκη v. 114. Troiam Agamemnon evertit, Ἴλιον ἄστυ ἔπερσε v. 91. ἔσκαψε τείχη v. 103. τείχεα ἄστεος Ἰλιακοῦ ἔπερσεν v. 115. et nunc Mycenas redit (Μυκήνη δέξεται ἄνακτα v. 96. Μυκῆναι ὄψονται Ἀτρέος υἱόν v. 106). Propterea Chorus salvere iubet Apollinem et Iovem, χαῖρε v. 107 et 117. et Neptuno Ionique sacra se facturum spondet, σφάττειν κάρατα βοῶν v. 98. ταύρων αἷμα λιαρὸν v. 117. — Num ovum ovo similius esse potest? Si deorum nomina diversa demseris, salva sententia omnia fere permutare possis.

„ἀπιστότερον. De regnis et imperiis iis solum hic ita loquitur, quae fraudibus, perfidia, astutia, iniuriis, superbia, rapacitate, crudelitate, ac tyrannide aegre continentur: non de iis, quae humanitate, aequitate,

„iustitia, beneficentia, et civium amore, fun„damentis firmissimis, nituntur." M.

v. 55. στηριχθῆν' pro στηριχθῆναι cf. ad v. 33. — Ceterum Graeci dicunt στηριχθῆναί τινι, vel ἐν τινί; nullum mihi exemplum occurrit, ubi dictum inveniretur ἐπί τινος. Sed hausit haec scriptor ex septuaginta interpretibus, ubi occurrit ἐπιστηρίζεσθαι ἐπί τινος ut 2 Reg. c. 8. Sed bene hoc quidem, propter verbum compositum. — Versus hic praeterea haud convenit cum antistrophico; sed videtur auctor ignorasse mediam in ἰσχυρὸς produci, quod maxime patet ex vers. 155. ubi senarius clauditur per ἰσχυρὸν, per spondeum igitur.

v. 56. Neque hic versus convenit antistrophico; tertia a fine syllaba brevis est, at versu 69. longa.

v. 57. „κομῶσαν. Ego interpretor, μεγα„λοπρεπῆ ἢ ἐρυμνήν. Regni memorat fundamen„ta firma, arcem altam cum apice tuto, aut, „splendide ornato. κομᾶν enim cum variis sub„stantivis coniunctum varias habet notiones. „Hoc loco intelligo μεγαλοπρεπεία, μεγαλο„πρεπῶς κεκοσμημένην. Potest vero etiam intel-

„ligi πύργοις, ἐρυμνότητι. Ergo, vel *splendi-* „*dam*, vel *tutissimam* poterit reddi. Sopho- „ciem notabiliter imitatus est Seneca pag. 553. „(Agam. v. 92 seq.)

Nubibus ipsis inferta caput
Turris —
Densasque nemus spargens umbras
Annosa videt robora frangi."

M.

v. 58. Antistrophico versu cum hoc comparato, invenies, vel hunc una syllaba abundare, vel illum mancum esse.

v. 61. πελεκίος ne Graecum quidem est, nedum Atticum et a tragicis frequentandum. Deberet esse πελέκεως. cf. Eurip. Electr. 159.

πικρᾶς μὲν πελέκεως τομᾶς σᾶς, πάτερ.

v. 62. „ὑλοτόμοι. Sophocl. Electr. v. 98,

ὅπως δρῦν ὑλοτόμοι
σχίζουσι - - - πελέκει"

M. Iliad. ψ. 114.

οἱ δ' ἴσαν ὑλοτόμους πελέκεας ἐν χερσὶν ἔχοντες.

v. 63. „In Cod. Aug. est, γαῖαν ἄκρα ἡ πρό- „τερον. Ego distinxi et scripsi ut est in Alex. „γαῖαν, ἄκρῳ ἢ πρότερον. Codicis Aug. ἄκρα ferri „quoque potest. Nam αἰθὴρ et alibi occurrit

„genere feminino. vide Pindarum Olymp. 1, „10. et ad eum locum scholia nova" M. *τύπτοισα γαῖαν* non est, *concutiens terram*, ut in versione editionis Mosquensis, sed *feriens terram, ramis eam caedens, cum prosternitur.* Forsan desumta sunt verba ex Hom. Iliad. ψ. 119.

ταὶ δὲ (αἱ δρῦς) μεγάλα κτυπέουσαι πίπτον.

Verum an τύπτοισα γαῖαν πέπτωκεν dici possit (de tempore praesenti et perfecto sermo est) aliis investigandum relinquo. Praeterea quae inserta leguntur ab ἄκρῳ usque ad αἰθέρι non solum otiosam repetitionem versus 56 continent, verum enimvero male locum suum tuentur, cum ἥ referri debeat per linguae leges ad γαῖαν, haud ad δρῦς, quae vox septem inde versibus abest.

v. 66. „Πριάμοιο — ἀρχήν. In tempore hanc „memorat. Ab ea enim eversa modo reverti- „tur Agamemnon. Eandem sententiam tractat „Seneca Troad. v. 1 seq. et 55 seqq." M. Significationem particularum δέ γε hoc loco haud bene perspectam habeo. Graece scripsisset τίς δὲ τὴν Πριάμοιό γ' ἄνακτος. Praeterea hiatus inest versui, nullo modo ferendus, neque Genitivus

Homericus. Πριάμοιο orationi tragicae convenit.

v. 67. „ἐπανθοῦσαν, quod habet Aug. si quidem incorruptum sit, interpretor ἀνθοῦσαν ἐπὶ, „ut apud Demosth. edit. Reisk. p. 21. σφόδρα „ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν. Ἐπανθεῖν alibi aliter construitur. Dicitur enim, *res rei*, aut *personae* „ἐπανθεῖν, non, *res re* ἐπανθεῖν. Veluti apud „Theocr. Id. 20. v. 21.

καὶ γάρ ἐμοὶ [18]) τοπάροιθεν ἐπάνθεεν ἀδύτι κάλλος.

„In re nota pluribus exemplis non est opus. „Aliud est εὐανθεῖν τινί. Εὐανθεῖν sed sine casu „habet Max. Tyr. edit. Davis. p. 150. τημελεῖς „ἐλαίαν. ἡ δὲ εὐανθεῖ. In Alex. est ἐπαρθεῖσαν, „quod recepi, cum praesertim magis conveniat proximo κεῖται" M. Recepi ἐπανθοῦσαν ex cod. Aug. Iam causam explanabo. ἐπαρθεὶς vix alia significatione occurrit, quam ut *elatum* metaphorico sensu sonet, cupiditate scilicet, spe, et superbia. Numquam, quod sciam, (meliora me edoceri, cupio) est *innixus*, sive ut in versione Matthaei exstat, *florens*. ἐπανθεῖν vero invenitur etiam pro *conspicuum esse*,

[18]) ἐμίν. Brunck.

sive propriam significationem mavis, *florere.* Neque tamen mihi constat de dativo, qui huic verbo iungitur. In Xenophonte quidem Memor. 3, 6, 2. est ἐπαρεῖς τὸν πατρῷον οἶκον, *inclytam facies domum paternam,* prorsus ut in Pindar. Olymp. 9, 30.

ὅθεν στεφάνων ἄωτοι
κλυτὰν Λοκρῶν ἐπαείρον —
τι ματέρ' ἀγλαόδενδρον.

quod bene per δοξάζουσι interpretantur Glossae ad eum versum. Verum inde nulla ad hunc locum conclusio valet. Nam non agitur hoc loco de fama alicuius regni, sed de eiusdem firmitate et opibus, et eo spectant in sequentibus ἀνδρὲς et ἵπποι, quibus bellicae Troianorum vires, multitudine et hominum et equorum partae intelliguntur. Verum quis haud videt, *mulierum* mentionem importunam factam esse? Sensit id quoque doctissimus editor, ut ex eius nota apparet; neque tamen ea ratione, quam iniit, vitio medetur. Cogitavit auctor, ni fallimur, de uxoribus foecundis, unde nova semper proles, patriae periclitanti auxilium, exspectari possit. Verum ridicule!

v. 68. „ἀνδράσιν τε χ' ἵπποις reddidi: *pedi-* „*tibus et equitibus.* Nolebam enim Cassan-

„dram

„dram et reliquas Troianas formosas mulieres „post equos collocare, cum rectius collocen- „tur post viros. In Alex. loco ἵπποις est ὅπλοις. „Εὔιππος χώρα et ab aliis et a Sophocle pag. 293. „(Oedip. Colon. 668.) laudatur. Sed et εὔοπλος „in laude est. Utrumque iungit Xenoph. p. „142. A. edit. Leuncl. (histor. Graec. 4, 2, 5.). „Notum est etiam καλλιγύναιξ. v. Eustath. ad „Hom. Il. pag. 875." M. cf. not. ad v. praecedentem et de metro ad v. 55.

v. 69. cf. ad v. 56.

v. 70. „Sophocl. pag. 121. (Electr. v. 916.) „de vicissitudine fortunae:

τοῖς αὐτοῖσί τοι
οὐκ αὐτὸς ἀεὶ [19]) δαιμόνων παραστατεῖ,

„κ. τ. λ. Seneca Agamemn. v. 928. (918.)
O nulla longi temporis felicitas."
M.

v. 71. cf. ad v. 58.

v. 72. „ἄπτολις. Pollux libr. 3. p. 295. „edit. Hemsterh. ἄπολις· ἡ μηκέτι οὖσα πόλις. „Soph. pag. 229. (Antig. v. 370.)

ὑψίπολις, ἄπολις."

M. ἀπτολίς τ' ἐρήμη pro ἄπτολις καὶ ἐρήμη haud

[19]) Melius Brunck. edidit οὐχ οὑτὸς αἰεί.

est Graecum. Deberet esse ἄπτολις ἐρῆμη τε. — κεῖτ' pro κεῖται cf. ad v. 33. Sed multo durius est, quod sequenti versu legitur μάχ' pro μάχη, cuiusmodi exemplum ne apud Homerum quidem reperiri credam. Eodem versu ὤλεσαν sine subiecto est; dubium propterea dictum, num sit Troiani amiserunt viros, an Graeci ceciderunt viros, Troianos utique. Utut sit, durum est ἄνδρας sine adiecto epitheto, ut, quo spectet, intelligi possit, neque magnopere arridet μάχη δεκαετέος Ἄρεως, ubi μάχη Ἄρεως dicitur pro Ἄρης sive πόλεμος.

v. 75. Pro αἵδε restitui αἱ δὲ; nam illius pronominis nulla vis, quoniam haud praesentes adstant captivae [20]) At particula νῦν perquam importuno loco posita est; foret enim, *quae nunc sunt ipsorum uxores;* quam parum aptus sit hic sensus, haud eget ulteriori explicatione; sed voluit auctor τὸ νῦν coniungere cum ἕλκονται, quod haud patitur verborum ordo.

20) Forte ex solo errore typographico in contextu editionis Mosquensis remansit αἵδε. Nam hanc notam habet (pag. 110.) αἱ δέ. Alex. αἵδε. Solet vero editor receptam lectionem notae praefigere, et varietatem subiungere.

v. 78. φεῦ τύχης, φεῦ· repetit fere auctor versum 70. ἀλλ' ὦ τῆς τύχης τὸ ἐλαφρόν.

v. 79. „ἐπωδὸς — ἡμιχόριον. De his, item, „de στροφὴ et ἀντιστροφὴ, vide Triclinium ad „Sophocl. pag. 435. Schol. Euripid. ad Hecub. „v. 247 [21]). Pollucem T. I. pag. 412. 413, ut „taceam alios." M.

„οὐ τάδ' — οὐ ταῦτ'. Sic etiam variatur „vers. 88. 89. Intelligo πρέπει ᾄδειν, non de„cet nunc haec canere in reditu regis." M.

„Μυκήνας τέκνα· τέκνα, loco incolae." M.

v. 80. „πολυχρύσοιο· Sophocl. pag. 80. (Electr. v. 9.)

Μυκήνας τὰς πολυχρύσους."

M. πολυχρύσοιο cf. ad v. 66. Sequenti versu βασιλῆος cf. ad v. 11.

v. 83. ἢ pro ἀλλὰ positum haud Graecum est; vix vero credo, auctorem nostrum, (Graecorum idiotismorum haudquaquam gnarum,) imitari voluisse Homerum, aliosve auctores Graecos, μᾶλλον nonnumquam ante ἢ omittentes. Homer. Iliad. α, 117.

βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.

21) Utrumque locum laudatum in editionibus meis investigare haud potui. Posterior forsitan est Schol. Eurip. ad Hecub. v. 444. edit. Lips.

ad quem locum vide Heynii observatt. Tom. 4. pag. 51. Corai ad Heliodor. T. 2. pag. 146. Dorvill. ad Charit. pag. 528. ed. Lips.

„γαιάοχον· notum Neptuni epitheton γεήο-„χος et γεάχος (γαιήοχος et γαιάοχος). Soph. „Oed. Col. v. 1072.

τὸν πόντιον γαιάοχον

Ῥέας φίλον υἱόν.

„Sed Oedip. Tyr. v. 160. est γαιάοχον -"Αρτε-„μιν" M. Agnosco in hoc quoque versu auctorem, qui, Homerica epitheta in promtu habens, ea ubique intrudit. Γαιάοχος apud tragicos occurrit; cf. Matthaei V. Cl. notam; verum numquam coniuncta haec duo epitheta inveniuntur cf. Il. v. 43. 59.

Ἀλλὰ Ποσειδάων γαιήοχος, ἐννοσίγαιος,

et aliis locis. Tragici praeterea non ἔννοσις, sed ἔνοσις dixerunt. cf. Eurip. Helen. 1379.

Κύκλιος ἔνοσις αἰθερία.

v. 88. Sequuntur nunc dactylica carmina, usque ad versum 119, neque ea a vitiis immunia. — ἐνοσίχθων, notissimum epitheton Homericum (Il. ν. 34. et sexcenties praeterea) numquam a tragicis adhibitum est.

v. 90. „ὑπείκοντος. Mox est eodem sensu „συγχωροῦντος. Antea enim Neptunus ipse cum

„Apolline Ilii aedificaverant muros, ac pro eis „steterant. Tandem vero Troianos suo nudarunt auxilio." M. Tertius huius versus pes est tribrachys, quemadmodum in antistrophico v. 101, nisi utroque loco prima pedis syllaba caesura producitur.

v. 91. In secundo pede est Trochaeus, obvius idem versu 102, qui huic antistrophicus est. — Augmentum deest praeterea in πέρσεν.

v. 92. σοῦ συγχωροῦντος languida repetitio est eius, quod v. 90. occurrit σοῦ ὑπείκοντος. — cf. ad v. 53.

v. 93. „περήσας· ab Ilio revertens." M.

v. 94. „παστόν· idem, quod θάλαμον. Laeta „augurantur, quae tamen mox terribilem exi„tum habent. Sed haec attentionem atque ex„spectationem spectatorum intendunt. Hic to„tus locus mihi quidem perplacet." M. Deberet esse vel ποτὶ τὸν παστὸν, τήν τε δάμαρτα, vel articulis omissis ποτὶ παστὸν, δάμαρτά τε.

v. 95. Versus omnino sine metro, quod sic describendum est:

- - | ᴗ - | - - | ᴗ ᴗ - | -

Antistrophicus vero versus 106. sic in pedes distinguitur:

- - | ᴗ ᴗ - | - ᴗ ᴗ | - -

ex quo versu, ut ex nonnullis aliis, verisimile fit, anapaesticum metrum exhibere voluisse auctorem; verum inveniuntur paucissimi anapaesti, ut totus fere rhythmus evanuerit. Sed, ni fallor, in nostro versu corripuit auctor secundam in εὔθυμος, quo hoc metrum haberet

- ᴗ ᴗ | - - | - ᴗ ᴗ | - -

quam syllabam produci, notissimum est. Vide, si tanti est Hom. Od. ξ. 63. — Inest praeterea versui hiatus.

v. 96. δέξετ' pro δέξεται. cf. ad v. 33.

v. 98. κάρατα plurali numero vix apud Tragicos invenies. Moneo praeterea, in eadem voce esse anapaestum. cf. ad v. 95.

v. 99. „ἡλιόμορφε, *solis speciem referens,* „*solari vultu radians, splendidus.* Vulgo „ex solo Athenaeo hoc laudant. Locum non „potui reperire." M.

v. 101. cf. ad v. 90. — „ἀμύναντα. Ipse „Apollo apud Hom. Il. φ. 467.

παυσώμεσθα μάχης· οἱ δ' αὐτοὶ δηριαάσθων."

M. Male hic locus ab doctissimo editore huc refertur; etenim cum Neptuno, avunculo, in notissima illa deorum pugna, Apollo certamen inire recusat; Troianos vero propterea non derelinquit.

v. 102. de metro cf. ad v. 91. — „De „morte Achillis v. Eustath. ad Hom. Odyss. λ. „edit. Roman. p. 1696. vers. 49." M. Qui χερσὶ, manibus, aliquem trucidat, is apud veteres auctores, ni fallor, vel ipsa manu, vel ense, hasta, clava, similibusve hostem aggreditur, at haud arcu, unde telum eminus emittitur, quo modo Apollinem Achilli letum intulisse, constans omnium fama est.

v. 103. „σκάψαι· id est κατασκάψαι. Ae„schyl. Agam. v. 534. (536. ed. Sch. mai. 522. „min.)

Τροίαν κατασκάψαντα τοῦ διηφόρου
Διὸς μακέλλη,"

M. κατασκάπτειν, diruere, notissimum est. cf. Xenoph. Hellen. 2, 2, 23. Verum, σκάπτειν, quod fodere est, eadem significatione reperiri, haud mihi compertum est. ἔδωκας, concessisti, nota significatione. Verum falso hoc asseritur. Numquam enim Apollo, acerrimus Troiae propugnator, concessit sponte Graecis, ut Ilium evertere possint, numquam a Troianorum partibus abscessit. Sed fato et Iovi impar, coactus est recedere.

v. 105. „ἀγλαὰ δῶρα. Nimirum τὰ τείχη. „Vide Eustath. p. 1245. v. 50. 1382, 47. et

„Spanhem. ad Callimach. in Apoll. v. 58." M. Trochaeus (in δῶρα) in versu 94, huic in Strophe respondente, haud invenitur.

v. 106. „ἀπὸ Τροίης, nimirum ἐπανελθόντα „Ἀγαμέμνονα." M. Verum vehementer dubito, num Graece ita loqui liceat [22]). Equidem nullum alium sensum invenio, quam Apollinem concessisse, Mycenas i. e. Mycenarum incolas ex Troia posse Agamemnonem videre; quo nil absurdius cogitari potest.

v. 107. Ἄτρεος· Atticum foret Ἄτρεως.

v. 108. Duplex hiatus, quorum alter altero intolerabilior.

v. 109. „μήδ - μήτε. In Cod. Aug. ut in „aliis pluribus μή δ - μήτε. Plerique enim, loco „μηδὲ exhibent μή δέ, quod et in editionibus Aldi reperitur. Intelligitur autem λαβέ." M. Edidi μήδ', quod editorem clarissimum in animo habuisse, ex eius nota intelligitur. In editione Mosquensi exstat μή δ'.

„τόξον. Seneca p. 568. (Agamemn. v. 322 seq.)

22) Similia ellipseos exempla laudat Bos pag. 123. et 406. ed. 1763. quorum pleraque huc non pertinent, alia vero ridicule interpretatur, ut quae e Theophrasti characteribus sumsit. cf. Casaub. ad Theophr. pag. 279.

„arcus victor pace relata
„Phoebe relaxa,
„humeroque graves levibus telis
„pone pharetras.

„Et Aeschyl. Agamemn. v. 518. (520. ed. Sch. „mai. 506. min.)

ὁ Πύθιός τ' ἄναξ
τόξοις ἰάπτων μηκέτ' εἰς ἡμᾶς βέλη.
— — —
νῦν δ' αὖτε σωτὴρ ἴσθι."

M.

v. 110. „αἴθριε. Theocr. Id. 4. vers. 43.
Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.
„Ζεὺς αἴθριος est etiam apud Strabonem edit. „Almel. pag. 8. Stat. Silv. 3, 1, 186.

Aetherei iuravit fulmina patris.

„Aristot. de mundo cap. 7. καλοῦσι δὲ τὸν Δία „καὶ αἴθριον καὶ αἰθέριον." M. σε producitur, sequenti littera ζ. Verum perpetuo hoc ignoravit auctor. cf. ad v. 8.

v. 111. „οὐρανιώνων. οὐρανίωνες vel ex Hom. „Il. α. 570. notum. Theocr. Id. 12, 22.
τούτων μὲν ὑπέρτεροι οὐρανίωνες."
M. — οὐρανίωνες vox Homerica. Exemplis ab editore allatis adde Iliad. φ. 509. Tragicis ple-

rumque sunt οὐρανίδαι, ut Eurip. Hecub. 148. Neque tamen Iupiter omnium coelicolarum est pater. Notissima illa πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε Pseudosophocli ansam praebuisse videntur, ut ex hoc Homerico epitheto (cuius tamen alia vis est; nam πατὴρ in his similibusque locis haud vinculi naturalis est denominatio, sed reverentiae et honoris) hoc loco γεννήτορα effingeret, quam vocem ne et ipsam de honoris significatione accipiamus, vetat tum propria eiusdem vis, qua *satorem* sive *genitorem* sonat, tum adiectum ἀρχή. Forsitan ex eadem voce ἀρχὴ οὐρανιώνων videor recte collegisse, auctorem huius fabulae. Neoplatonicorum, Procli alicuius, vel Plotini aliorumve dogmata ante oculos habuisse, aut philosophicum aliquod systema, ubi Deus summus omnium reliquorum deorum principium est. — Liceat vero, aliam quoque coniecturam afferre. In Senecae choro, ex quo hunc imitatione expressum diximus, (cf. ad v. 53. ibique not. 17.) legitur v. 376.

Tuque ante omnes

Pater ac rector, fulmine pollens etc.

Num auctor noster ex *rectore* facit ἀρχὴν i. e. magistratum?

v. 113. λείπομεν. Graecum esset λείπωμεν vel λείψομεν. — „ἄναυδον. occurrit quidem apud „Sophoclem pag. 55. (Aiac. 947.) sed alio sen„sio. Item ἀναύδητον. pag. 43. (Aiac. v. 715.) „et ap. Aeschyl. pag. 202. edit. Stanlei. Sed „hoc loco est eo sensu, ut apud Aratum v. 2. „ἄῤῥητον i. e. *sine cantu, sine laude.* Hesy„chius verbum synonymum ἀναυδέα interpreta„tur, ἄῤῥητα." M. Dubito, unquam vocem ἄναυδος sic adhibitam fuisse. Est enim vel *mutus*, vel *non dicendus, infandus.* Optime duas has significationes distinxit Hesychius. ἀναυδέα, ἄῤῥητα, ἄφωνα. ἄναυδος, ἄφωνος. Explicat hanc vocem per ἄφωνον i. e. mutum, quemadmodum occurrit apud Hom. Od. ε, 456.

ὁ δ' ἄπνευστος καὶ ἄναυδος
κεῖτ' ὀλιγηπελέων

praeterea per ἄῤῥητος, quod hoc loco haud valet, *non dictum, non laudibus concelebratum,* sed etiam *infandum, quod dici nequit.* Sic Eurip. Hecub. 711. (714.)

ἄῤῥητ', ἀνωνόμαστα, θαυμάτων πέρα,
οὐχ ὅσιά τ', οὐδ' ἀνεκτά.

ubi bene Scholiastes explicat οὐ δυνάμενα ῥηθῆναι περαιτέρω. Similiter apud Orph. Argon. v. 28.

χρησμούς τ' ἀῤῥήτους Νυκτὸς περὶ Βάκχου ἄνακ-
τος [23])

interpretare, *silenda, haud evulganda oracula.* Optime monstrabit Suidas, eas duas tantum, quas indicavimus, vocum ἄναυδος et ἀναύδητος significationes esse. ἄναυδος· ἄφωνος· ἀναύδητον, ἄλεκτον, ἄῤῥητον, ἀπόῤῥητον· ἀνέλπιστον· κοὐδὲν ἀναύδητον Φατίξαιμ' ἄν· ὃς ὑπ' αἰσχύνης τοῦ πάθους περιῤῥεόμενος δάκρυσιν, ἄναυδος ἦν, ἐξειπεῖν αἰδούμενος τὸ πάθος. Praeter ἄφωνον, *mutum,* cumulat eiusdem significationis varia verba. De ἄῤῥητος iam diximus. ἀπόῤῥητος frequentissime eodem modo a veteribus adhiberi, monet Dorvillius ad Chariton. 5, 22. pag. 237. ed. Lips. ἄλεκτος vero eodem modo usurpavit Philo, ut e veteribus Lexicis patet; ipse enim auctor haud est ad manus. Demonstravimus hactenus, omnia adiectiva haec ἄλεκτον, etc. ea significatione occurrere, quam voci ἄναυδος unice convenire diximus; quam harum vocum significationem Suidam quoque solam in animo habuisse, monstrat adiectum ἀνέλπιστον; quod

[23]) „Χρησμοὺς - Νυκτός. De his licet suspicari „ex Fragmentis Orphicorum, collectis a Gesnero no. 10. et 49." verba sunt celeberrimi Schneideri ad eum locum.

vocabulum ab ea explicatione, quam doctissimus editor proposuit, prorsus abhorret, cum altera vero illa, a nobis indicata optime convenit; est enim *inexspectatum, praeter exspectationem animum feriens* [24]), *terribile*, i. e. *infandum*, quem vocis huius usum suppeditat Eurip. Helen. 1157. Totam rem vero conficiunt exempla duo apud Suidam, quorum prius ex Soph. Aiac. 715. *infandum* valet, alterum vero, ex auctore, nescio quo, petitum, significationem τοῦ *mutum* praebet [25]). Adiecisset certe aliud Suidas exemplum, si tertium praeterea huius vocis usum apud auctores animadvertisset.

v. 114. Praeter hiatum, de Ἰλιακοῖο cf. ad v. 66.

v. 116. Deest augmentum in πέρσεν.

24) ἐλπίζειν ut Latinorum *sperare* non semper de spe boni adhiberi, sed etiam exspectatione mali, notissimum est. cf. Theogn. v. 47. ed. Brunck. Propert. 2, 5, 4. (2, 3, 4. Burm.)

25) Utor editione Suidae, quam Aemilius Portus curavit, Colon. Allobrog. 1619. Ridicule ibi duo haec exempla in unum coaluerunt, quasi unius eiusdemque scriptoris iste sit locus.

v. 117. „αἷμα λιαρόν. Id est θερμόν. Hom. „Il. λ. 477." M. Ultimus pes est proceleusmaticus, quem, etsi in anapaestico metro nonnumquam reperiri notum est, nostrum auctorem adhibere voluisse, vehementer dubito. Dubitationis causa inest in ipso versu Homerico

φεύγων, ὄφρ' αἷμα λιαρόν, καὶ γούνατ' ὀρώρῃ.

Producitur ibi caesura ultima syllaba in αἷμα, unde fabulae huius scriptor eandem licentiam tragico metro convenire credidit, Homerica tantum non omnia in egregio hoc opusculo imitaturus.

v. 119. θερμοῖο. cf. ad v. 66. „Ψαῦε (imo „ψαῦε, quemadmodum quoque in textu rescri„bendum est) nimirum τῇ ὀσφρήσει. Notan„dum est ψαύειν cum *accusativo*, quod alibi „*genitivum* habere solet. Quin etiam προς„ψαύειν cum genitivo reperitur, ut apud Philo„nem p. 185. B. λώβας δὲ οὐ θέμις βωμοῦ προς„ψαύσασθαι. Tamen Theocrit. Id. 21. vers. 4. „habet

κἂν ὀλίγον νυκτός τις ἐπιψαύσησι τὸν ὕπνον."

M. De ἐπιψαύεσθαι cum accusativo cf. Harles ad l. l. At ψαύειν nusquam sic reperitur. ψαύει· γενικῇ, ἅπτεται. Suid.

v. 120. „Ipsa secum loquitur Clytaemne„stra; incipitantem iam meditari caedem ma„riti. Simile colloquium est inter Clytaemne„stram et nutricem apud Senecam in Aga„memn. v. 108 seqq. Δυστάλαινα habet So„phocl. Oedip. Tyr. v. 1236. et alibi." M.

„ἀναστρέφεις. Max. Tyr. pag. 30. τὸ γὰρ αὐ„τὸ ἐρωτᾷς, καὶ ἀπορεῖς καὶ ἀναστρέφεις. Sed Cod. „Alex. περιστρέφεις. Forte ex versu 143." M. Diu dubius haesi, utram lectionem praeferrem, codicisne Aug. δ' ἀναστρέφεις, an cod. Alex. περιστρέφεις. Illud defendebat auctoritas clarissimi editoris, cuius notam vide, hoc vero, ut mihi videbatur recipiendum suadebat aequitas illa, qua optima quaeque in textum recipere iubemur. Praevaluit tandem apud me auctoritas illa clarissimi editoris, quam diximus. At, ut verbo dicam, in utraque lectione inest aliquid, quod parum Graece dicitur. — Notissimum est στρέφειν τι, versare aliquid animo. cf. Eurip. Hecub. 744.

τί στρέφω τάδε;

et sexcenties alias. ἀναστρέφειν τι est *invertere aliquid;* numquam ponitur pro simplici στρέφειν. De loco Maximi Tyrii, a doctissimo Matthaei laudato, mox dicemus. Verum sae-

pius auctores veteres dixerunt, ἀναστρέφεσθαι περί τι vel ἐν τινί, versari sive occupatum esse in re aliqua. Illius constructionis exempla ex Dioscoride et Theophilo desumta habet Stephanus in thesauro; huius vero notissimum exemplum exstat in Xenoph. Oecom. 5, 13. οἱ ἐν τῇ γεωργίᾳ ἀναστρεφόμενοι, cui simile aliud nondum reperi. — In recepta lectione praeterea δ' ad hiatum vitandum interpositum est, sine ulla significatione. Etenim si particula haec ad totum versum pertineret, ut Clytaemnestra, meditabunda, scenam ingrediens, et de mariti nece cogitans, ipsa iam se corriperet, sibique obiiceret, nefas hoc esse: initio versus posita esse deberet τί δέ, δύσταλαινα etc. quemadmodum Latini dicunt, *At quid*, sive, *quid vero, misera, mente revolvis?* περιστρέφεις igitur recipendum erat, non quod hoc magis Graecum esset, (numquam enim, quantum equidem sciam, *versare mente, cogitare* significat) sed quoniam auctor noster, qui toties ignorantiae linguae Graecae documenta exhibuit, eandem vocem de eadem re iterum adhibuit, versu 143. Aequitas insuper hoc flagitare videbatur; nam ad vitium, utrique lectioni commune, in lectione a Matthaei V.

D.

D. recepta accessit aliud (particulam δὲ intelligo) cuius altera illa immunis erat. At vetuit auctoritas editoris et locus Max. Tyr. ab eo laudatus [26]). Concedamus, ἀναστρέφειν eo loco esse, *animo volvere* (quemadmodum Heinsius quoque acceperat, qui totum locum in versione sic expressit: *Idem est, quod quaeris, quod in dubium vocas, quod volvis et revolvis toties*) nondum tamen hoc rem conficit; nam praeterquam, quod auctoritas Maximi Tyrii in Sophoclem nil valet, serioris quippe scriptoris, aliud praeterea haud animadvertisse visus est editor. Duplex enim genus est verborum, quae e propria significatione in translatam abierunt. Alterum complectitur ea, quae vulgaris loquendi usus sic sanxit, ut, ubi quamvis sola per se posita metaphoricam significationem habeant, nemo de primaria significatione cogitet. Alterum vero ea verba, quae tum demum translate accipiuntur, cum, adiectis aliis vocibus, propria significatione adhibitis, quo sensu metaphorico

[26]) Utor editione Heinsiana Lugdun. 1631. ubi locus ille reperitur pag. 28. lin. 16. In praecedentibus legendum videtur περὶ γὰρ ὁμοίων πραγμάτων σκοπεῖς pro ὁμοίου πράγματος.

illa explicari debeant, abunde declaratur. Sic in loco Maximi Tyrii, ex adiectis ἐρωτᾷν et ἀπορεῖν sensus constituetur τῷ ἀναστρέφειν. Verum aut omnia me fallunt aut in Maxim. Tyrii verbis ἀναστρέφειν longe alio et magis proprio sensu positum vertis. Est climax, quemadmodum vocare solent, in ἐρωτᾷν, ἀπορεῖν, ἀναστρέφειν. Sensus est, *de una eademque re primo inquiris*, scil. num una eademque ea sit, an a se diversa, *tum dubitas*, scil. eam rem unam eandemque esse, postremo τὸ αὐτὸ ἀναστρέφεις, verbum verbo si explicas, *idem invertis*, sive, liceat scholarum philosophicarum vocabulo uti, *invertis identitatem*, id vero est, *persuasum tibi habes, eam rem haud unam eandemque esse, sed diversam.*

v. 123. „πυρὸς id est πυρπολήσεως. Ab in„cendio, et ruinis Ilii et Phrygiae." M. Ἰλιοῖο cf. ad v. 66. πῦρ cf. notam Matthaei. Sic Eurip. Helen. 510.

κλεινὸν τὸ Τροίας πῦρ.

At quid est πῦρ Φρυγῶν, Phrygum combustio. Num propterea quod multi in flammis urbis ardentis perierunt? Ridicule sic Ἰλίου et Φρυγῶν iunguntur.

v. 124. Exciderat, ni fallor, in editione Mosquensi τὴν, quod facili coniectura restituimus; a codicibus enim abfuisse, vix credam; nam auctor haud facile ita obtusis auribus fuerit, ut, syllabam ad versum explendum deesse, haud animadverteret.

v. 125. „κόρην. Iphigeniam." M.

v. 126. θυγατρὸς; vide quae de quantitate huius vocis diximus ad v. 57.

v. 127. ἰχὼρ de sanguine mortalium nemo Graecorum dixit. Longe alius sensus est in Eurip. Ion. 1016.

εἰς ἓν δὲ κραθέντ' αὐτὸν ἰχῶρ' εἰςφορεῖς;

Videtur auctor noster, qui eam vocem iterum adhibet v. 202., Homerum imitaturus, cuius studiosissimus fuit, male intellecto loco Iliad ε. 339. 340. ἰχὼρ et αἷμα confudisse. Verba Homeri sunt

ῥέε δ' ἄμβροτον αἷμα θεοῖο,
ἰχὼρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν.

βρέχων post σφάξας v. 125. nihil habet, quo offendi debeas. cf. Porson. ad Eurip. Hecub. v. „21. παρθενοκτόνον. Dianam, vel potius Dianae „aram (βωμὸν) intelligit. Alibi a venandi stu-„dio appellatur θηροκτόνος Eurip. Iphig. in Aul. v. 1570." M.

v. 128. „ἦρξε πρῶτος nimirum φόνος" M.

v. 129. „αἷμα τ' ἐπίλοιπον, id est, τοῦ γέ-„νους τοῦ Ταντάλου" M. Praeter anapaestum tertio pede, nullo modo excusandum, occurrit iterum illud καί - τε, de quo diximus ad v. 2.

v. 130. „αἰδὼς ἀπῆλθεν. Seneca haec pro „more suo dilatavit pag. 555. (Agam. v. 112)
Periere mores, ius, decus, pietas, fides,
et qui redire, cum perit, nescit pudor." M.

v. 131. Ex cod. Alex. recipiendum erat μακρὰν ἀπέστη, propterea quod prior syllaba in μακρός semper apud tragicos corripitur. In Euripid. Medea v. 1351. in editione maiori Lipsiensi editum est

ἦ μάκρ' ἂν ἐξέτεινα τοῖσδ' ἐναντία.

sed bene ediderunt Brunckius et Porson e codicibus

μακράν γ' ἂν ἐξέτεινα [27]).

Invenitur praeterea in eiusdem *Danaes* fragmento v. 25.

[27]) Quod Brunckius in notis ad h. l. habet, „*sic* „*euphoniae, non metri gratia scribendum*" non spectat ad priorem syllabam in μακρὰν, sed ad posteriorem, quae per se producitur.

εἶϑ᾽ ὡς ὁ μακρὸς ηὔξανεν ταύτην χρόνος.

Verum totum hoc fragmentum Danaes vitiis contra metrum commissis inquinatissimum est, ut inde nihil concludi queat. cf. not. ad Dan. vv. 15. 20. 28. 33. 36. — Νῦν δέ σοι κ. τ. λ. *Nunc aliquid tibi audendum est, quo maritum tuum et mariti genus vincere possis.* Ex totius orationis colore patet (cf. v. 128. 137.), sensum esse, maius sibi scelus audendum esse, quam quod Agamemnon, mactata Iphigenia, perpetraverit. Quod quin bene dicatur νικᾷν ἄνδρα, noli dubitare. Verum adiecta γενέϑλη ἀνδρὸς quo spectent, nescire me fateor. Nam Agamemnonis progenies, filius cum filiabus, nullum nefas adhuc commiserant, quod mater superaret. Neque enim γενέϑλη ἀνδρὸς de Agamemnonis maioribus accipi potest. γενέϑλη sive γένος alicuius hominis dicuntur, qui ex ipso orti sunt, et posteri. Tantali genus esse potest Agamemnon, nullo vero modo Tantalus cum filiis genus Agamemnonis. Aliud est, si dicis, Agamemnonis genus ducitur a Tantalo, refertur ad Tantalum.

v. 132. „γενέϑλην ἀνέρος. Progeniem Tan-„tali. Soph. Elect. 129.

γένεθλα γενικῶν [28]) τοκέων." M.

Tragici in senariis semper ἀνδρὸς habent, numquam Ionicam formam.

v. 134. ἀκοίτα' pro ἀκοίταο i. e. ἀκοίτου haudquaquam Atticum est, neque ullius exempli in mentem mihi venit, ubi in aliis poëtis ultima vocalis abiecta fuerit. — ἐφοπλίζειν vox est Homerica, tragicis, quantum equidem memini, ignota. Possit hoc quidem loco ferri, est enim *armare*; verum occurrerat iam versu 47. ἐφοπλίζειν φόνον *instruere, machinari caedem*, qua quidem significatione apud Homerum occurrit Il. δ. 344.

ὁππότε δαῖτα γέρουσιν ἐφοπλίζοιμεν Ἀχαιοί.

aliisque locis, at, quod equidem norim, apud atticos numquam. Seriores enim istos scriptores, Charitonem (lib. 1. c. 3. ubi vide Dorvill. p. 220. edit. Lips.) aliosque nihil curo, qui flosculos ex Homericis hortis decerpebant.

v. 135. „βλέψον. Seneca pag. 555. (Agam. v. 116 seq.)

Tecum ipsa nunc evolve foemineos dolos
quod ulla coniux etc." M.

[28]) γεννικῶν. Brunck. Forte vitium tantum est typographicum in editione Mosquensi.

„πράγματα. Intelligit sceleste et facino-„rose facta mulierum contra maritos suos." M.

v. 157. Scripsi σ', Ἀγαμέμνονος, pro σέ, Ἀγαμέμνονος, quod erat in editione Mosquensi. Redundabat enim versus una syllaba. Manet tamen anapaestus sede quarta, cuiusmodi in Euripide tolerari posse, ait Hermann V. D., in Sophocle vero pernegat. praefat. in Hecub. pag. 62.

„νικᾷν ἁπάσας - ἡ φυγή. Seneca l. l. (v. 123 seq.) „Quid timida loqueris furta, et exsilium, et fugas?

— — — — — Te decet maius nefas." M.

v. 138. ὁ μοιχός. „Adulterum appellat, quod „implicitus erat amoribus Cassandrae, et quod „iam antea alias secum in castris habuerat pellices." M.

„ἡ φυγή. Intelligit divortium et clandesti-„nam a marito fugam. Si ego, inquit, fugam „capessivero, ac maritum meum deseruero, „id is vix pro malo, seu vindicta habebit. So-„litudinem enim suam consolabitur consuetu-„dine et societate Cassandrae." M.

v. 139. Graecus aliquis auctor sine dubio scripsisset τὸ φάρμακόν τ' οὐκ etc. ut φυγῇ φαρμάκῳ τε opponeretur ξίφος δὲ in versu sequenti.

„φάρμακον. Si vero etiam veneno eum „tentavero occidere, dubius erit eventus. Ve„nena enim non semper necant. Nam Cly„taemnestrae tempore nondum venefici ita „erant eruditi." M.

v. 141. „ἐκείνῳ, ratio valde probabilis, „ut eodem modo vindictam sumat, quo ipsa „prius laesa fuerat." M.

v. 142. „ἄνασσ'. Haec fere ad verbum „expressit Seneca, pag. 555. a vers. 125. seqq. „sed suo more, multis adspersis flosculis. Τρο„φὸν, seu *nutricem* Clytaemnestra ipsa appel„lat vers. 203." M. Senecae versus sunt

Regina Danaum, inclytum Ledae genus,
quid tacita versas? quidve consilii impotens
tumido feroces impetus animo geris?

„Τυνδάρεω. Erat enim Clytaemnestra Tyn„dari ex Leda filia. Verumtamen ipsa se iac„tat Iovis ex Leda filiam, sororem Castoris et „Pollucis. Vide vers. 186. 269. Apud Euri„pid. Electra vers. 989.

παῖ Τυνδαρέου
καὶ τοῖν ἀγαθοῖν ξύγγονε κούροιν
Διός." M.

v. 143. „ὧδε. Sic, spiritu leni, et hic et „alibi in Codicibus inveni, cum notat in ἐν- „ταῦθα. Monent ea de re etiam grammatici, „ut licet discere ex meis Mosquae editis Glos- „sariis minoribus 1774. 4. Vol. 1. pag. 42. nu- „mero 10." M. De voce περιστρέφειν cf. ad v. 120.

v. 144. Vocula σεῖο pertinet quoque ad eas formas Ionicas, quibus tragici prorsus abstinuerunt. — Metri peritiam optime ostendit auctor in ultimo huius versus pede, ubi Spondeum posuit, ignorans primam in ψυχὴ semper produci, quod vel pueris notum est ex Hom. Il. α, 3.

v. 145. „σιωπῆς, ἐκ προσώπου. Callida sa- „ne et prudens nutrix ista fuit. Nam et ex si- „lentio et ex vultu licet extorquere responsa, „ac verum cognoscere. Seneca l. l. (v. 128.) licet ipsa sileas, totus in vultu est dolor." M.

v. 146. „ζέσαντ. Vide vers. 273. et Oedip. „Colon. v. 434.

ὁ πηνίκ' ἔζει θυμός." M.

Displicet θυμὸν ἀποκρύπτειν νόῳ, non propterea, quod νόῳ otiose adiectum videri possit, sed quoniam θυμὸς et νοῦς, saepius a poëtis confusa, usu loquendi idem significare pos-

sunt; adiectum quidem ζέσας facit, ut de furore intelligamus θυμόν. Verum magis etiam displicet ζέσαντα θυμὸν ἀποκρύπτειν; quis enim unquam abscondidit ea, quae ebulliunt? coniunxit auctor duos diversos tropos, ita dissimiles, ut probabiliter coniungi nequeant. — Secunda syllaba in ἀποκρύπτεις producitur, vi quidem positionis, sed raro tamen exemplo. Audiamus Porsonum not. ad Eurip. Orest. 64. *Sed hoc genus licentiae in verbis scilicet non compositis, qualia* τέκνον, πατρός, *ceteris longe frequentius est. Rarius multo syllaba producitur in verbo composito, si in ipsam iuncturam cadit, ut in* πολύχρυσος *Androm.* 2. *Eadem parsimonia in augmentis producendis utuntur, ut in* ἐπέκλωσεν *sup.* 12. κεκλῆσθαι *Sophocl. Elect.* 366. *rarior adhuc licentia est, ubi praepositio verbo iungitur, ut in* ἀπότροποι. *Phoen.* 600. Hactenus ille. Rarissimam eam licentiam vocat, quali usus est auctor noster in hac voce ἀποκρύπτειν; verum adsunt exempla, quibus satis haec licentia excusatur. Herc. fur. v. 821.

ἀπότροπος γένοιό μοι τῶν πημάτων.

Soph. Electr. v. 1193.

τίς γάρ σ' ἀνάγκη τῇδε προτρέπει βροτῶν;

Trachin. v. 1014.

οὐ πῦρ, οὐκ ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἐπιτρέψει.

Oed. Tyr. v. 640.

δρᾶσαι δικαιοῖ, δυοῖν ἀποκρίνας κακοῖν.

Eurip. fragm. inc. 176. v. 2.

τέκνον, περιπλάκηθι τῷ λοιπῷ πατρί.

Eurip. fragm. Palam. 2. v. 6.

παισίν τ' ἀποθνήσκοντα χρημάτων μέτρον.

Aliis vero locis ea e codicibus emendata sunt; sic Orest. 410. (404.) editum erat ab Barnesio

σεμνὰ γάρ· ἀπαίδευτον δ' ἀποτρέπου λέγειν

ediderunt vero Musgravius et Porson e codicibus

σεμνὰ γάρ· εὐπαίδευτα δ' ἀποτρέπει λέγειν,

quo anapaestus praeterea primo pari loco tollitur. In Hippolyt. v. 715. excusum erat

καλῶς ἐλέξαθ'. ἓν δὲ προτρέπουσ' ἐγώ.

Brunckius edidit προστρέπουσ'. Possis quoque e Scholiasta legere μετατρέπουσ'. — Augmenti producti plura exstant exempla. Orest. v. 128. Pors.

ἴδετε γὰρ ἄκρας ὡς ἀπέθρισεν τρίχας.

Eurip. fragm. Andromed. 19. v. 1. in anapaestis

ὁ μὲν ὄλβιος ἦν· τόδ' ἀπέκρυψεν.

v. 147. „διάστημα. Multis enim animi af„fectionibus vel ipsa temporis medetur diutur„nitas. Cic. ad. divers. 4, 5. Nullus dolor „est, quem non longinquitas temporis minuat „et molliat. Seneca l. l. (v. 129.)

Da tempus ac spatium tibi.

Quod ratio nequit, saepe sanavit mora." M. Porsonus in notis ad Orest. l. l. ita pergit, *sed ubi verbum in brevem vocalem desinit, eamque duae consonantes excipiunt, quae brevem manere patiantur, vix credo exempla indubiae fidei inveniri posse, in quibus syllaba ista producatur.* Quo iure itaque ultima in διάστημα hic producta sit, defendat ipse noster auctor, haud ego.

v. 148. „Construo: τὰ γὰρ μὴ λαμβάνοντα „τὰ τοῦ παρόντος χρόνου φάρμακα. Ergo non „opus erit coniicere πάθους, loco χρόνου, cum „praesertim mox sit, ἄλλος χρόνος (καιρὸς) et ποιεῖ χρόνος" M. Ordinem verborum monstravit Matthaei, dissimulavit vero, parum ad Graecorum aures et ad facilem intellectum verba disiecta esse. Nam in principio versus τὰ γὰρ haud referri ad τὰ φάρμακα, quo ex Graecorum consuetudine pertinent, durum est; Graecum foret ἃ γὰρ τὰ τοῦ χρόνου παρόντος φάρμακα

μὴ λαμβάνει. Sensisse idem videtur scriba codicis Aug., qui ἃ γὰρ in initio versus scripsit.

v. 149. Insignis rursum locus, quo auctoris ignorantia, ad quantitatem syllabarum Graecarum quod attinet, arguitur. Videtur ille in quinto pede anapaestum adhibere voluisse, qui per se iam haud probae notae foret; verum haud meminit primam in ἵσεται produci. Iliad. ε, 904.

ὣς ἄρα καρπαλίμως ἰήσατο θοῦρον Ἄρηα.

Soph. Oed. Tyr. v. 68.

ἣν δ' εὖ σκοπῶν εὕρισκον ἴασιν μόνην.

v. 150. „ποιεῖ. Interpretor κατεργάζεται. „Στρέφων καιρὸς cum Cicerone Arat. vers. 333. „explico tempus vertens. Non igitur coniiciendum στρέφειν, id est *vertere, mutare*, μεταποιεῖν, μετακινεῖν" M. Nullum dubium est, quin χρόνος bene dicatur στρέφων; sumtum est hoc verbum ab astris, quae proprie περιστρέφονται. Arat. Phaenon. p. 200. ed. Basil. 1570, Stella Ἑλίκη,

μειοτέρῃ γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι.

Similiter mundus στρέφεσθαι dicitur. Procl. Sphaer. initio. pag. 242. eiusd. edit. ἄξων καλεῖται τοῦ κόσμου ἡ διάμετρος αὐτοῦ, περὶ ἣν στρέφε-

ται. Sed de stellis dicitur quoque στρέφειν. Sic Eurip. Ion. v. 1154.

Ἄρκτος στρέφουσ' οὐραῖα χρυσήρει πόλῳ.

Simillimum est, quod annus dicitur περιτροπέων ap. Hom. Iliad. β. 295, ubi bene Schol. περιτρεπόμενος. Probae itaque notae hic loquendi usus, neque in nostro immutandus. Verum longe alio sensu, quam hic occurrit, Graeci dixerunt ποιεῖν πάντα; significat, *omnia experiri, omnem operam dare, nihil intentatum relinquere ad aliquid perficiendum.* Multus est in his verbis adhibendis Xenophon. Memor. 4, 2, 6. Anab. 3, 1, 12. Verum auctoris nostri sententia est: *nihil esse, quin id tempus decurrens conficiat.*

v. 151. „χεῖρον. Seneca l. l. (v. 131.)

Maiora cruciant, quam ut moras possim pati.

„vide ibi reliqua, ex quibus apparet, haec a „Seneca ex Sophocle expressa esse." M.

„τραῦμα. Quod ante dictum fuerat φάρ„μακα, et ἰάσατο, recte nunc dicitur τραῦμα. „Ineptum enim fuisset hoc loco πρᾶγμα, aut „δεῖμα, aut aliud eiusmodi. Boni scriptores „enim, cum volunt translatis verbis floridam „reddere orationem, antea semina spargunt „translatis dictionibus. Id autem non tam casu,

„quam studio accidisse, innumerabilia vete-
„rum exempla docent." M.

„ᾗ καὶ. In codice Aug. est ἦ, quod nullo „modo ferri potest. In codicibus saepenumero „permutantur ἥ, ἦ, et ᾗ [29]). Hῖ, id est, ταύτῃ, „ᾗ *eatenus, quatenus*. Prorsus alienum est ἦ. „ἥ autem, quod saepe comparativis iungitur, „aliam constructionem postulat, quam metrum „hic admittit." M. Recte quidem Vir Doctissimus negat, neque ἥ neque ἦ hic admitti possit. Verum, pace eiusdem dixerim, ut nunc editum est ᾗ, ne intelligo quidem locum, sic vertendum: *Gravius est vulnus meum, quatenus tempus futurum etiam expectare possit;* quod quemadmodum significare possit, *vulnus meum non valet expectare remedia a tempore*, haud video. Praeterea vel ex versione Latina apparebit, quam otiose καὶ intrusum sit ad metrum explendum.

v. 152. „μένειν, id est περιμένειν, ut mox „vers. 153." M.

v. 153. „θεράπευμ'. Recte. De vulnere „enim paulo ante dixerat. Quod metrum atti„net, in prima sede est anapaestus, quod ra-

[29]) cf. Cor. ad Heliod. T. 2. p. 127.

„rum est, in quarta tribrachys." M. Rariores quidem in prima sede anapaesti sunt, quam iambi aut spondei; verum eo loco ab optimis scriptoribus frequentius adhibentur, quam ullo alio. Quo magis mirari liceat, editorem non tot anapaestis offensum fuisse, qui numerum mire turbantes medios versus obsident. In fragmento nostro primam hanc sedem haud raro occupat anapaestus ut statim versu proxime sequenti, 154. mox 160. Sed in hoc versu 153, ut in sequenti, tolerari potest.

. „πόνος. Etiam hoc recte. Aegroti enim „dicuntur etiam πονεῖν. πόνος hoc loco est ae„gritudo animi." M.

v. 154. De anapaesto prima sede cf. ad vers. praecedentem. — In sede quarta pyrrhichius est; nam ultima in πυρὶ a tragicis corripitur. Eurip. Orest. 40.

θανοῦσα μήτηρ, πυρὶ καθήγνισται δέμας.

Homerus quoque sollemnem usum in hac voce observat, quantum memini, ut numquam ultimam producat, nisi duabus consonantibus sequentibus; et vel propterea optime nunc editur Iliad. ψ. 216.

ἐν δὲ πυρῇ πεσέτην,

ubi

ubi antea legebatur πυρί. — Ceterum cum sequentibus cf. hos Senecae versus, quos presso pede secutus est Graecus auctor v. 131 seq.

Flammae medullas et cor exurunt meum;
mistus dolori subdidit stimulos timor;
invidia pulsat pectus; hinc animum iugo
premit cupido turpis, et vinci vetat,
et inter istas mentis obsessae faces
fessus quidem et deiectus et pessumdatus
pudor rebellat.

v. 155. En metri artificem! Anapaestum nequaquam excusandum adhibuit quarto loco, et trochaeum pro iambo sexto! Attice praeterea scriberetur κήδει, quo facto spondeus locum anapaesti occupat, haud magis ferendus. — οἶστρον βάλλειν pro ἐμβάλλειν alicui, nullo modo Graecum videtur; accedit quod, quantum memini, οἶστρος semper ἐμβάλλεται vel personis, vel aliis animantibus, numquam rei, ut h. l. ubi κῆδος sentit οἶστρον δείμους.

v. 156. Alterum ex vitiis metricis praecedentis versus hic quoque remansit, anapaestus scilicet quarta sede, quem si Attice scribendo στήθη vitare velis, oritur spondeus.

v. 157. „ἐκεῖθεν scilicet ἐκ τῆς ψυχῆς. παρβάλλειν est loco προβάλλειν, ἐκβάλλειν." M.

v. 158. Recepimus παραβαλεῖν ex cod. Alex. ne remaneret anapaestus primo pari loco. παραβάλλειν positum esse pro προβάλλειν affirmat quidem clarissimus editor, sed neque ipse exemplis confirmat, neque mihi investiganti quidquam simile occurrit.

v. 159. Anapaestus rursus secunda sede. — ὑποκρούειν male in editione Mosquensi vertitur *subpungere*, est potius *obstrepere*, *obloqui.* ὑποκρούειν, ἀντιφθέγγεσθαι. (τὸ μὲν) ἀντιλέγειν, ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε, τὸ δὲ ὑποκρούειν ἐπὶ τῶν θορυβούντων λέγεται, ὅπερ ἡμεῖς φαμὲν, ἐκκρούειν καὶ κωλύειν. Sic, ut breviter moneamus, insertis duabus vocibus, et meliori interpunctione, adiuvandus est hic Suidae locus, quem nec editores [30]), nec Stephanus in thesauro l. Gr. ceperunt. Haud enim Suidae mens est, ὑποκρούειν modo ἁπλῶς ἀντιλέγειν esse, modo ἐπὶ τῶν θορυβούντων dici; sic potius erat vertendum: ὑποκρούειν, *obloqui.* ἀντιλέγειν *quidem simpliciter adhibetur, et quovis modo,* ὑποκρούειν *vero de iis qui cum strepitu obloquuntur, id est obstrepunt.* — Verum quo praecedenti versu pertineat μέσον τούτων haud-

30) de editione Suidae, qua utor cf. ad vers. 113. not. 25.

quaquam intelligo. Vertit Clar. de Matthaei *„inter ista adhuc pudor subpungit"* quod haud magis intelligo. ταῦτα sunt, ni fallor, metus, sollicitudo, ζῆλος, et amor. Iam scriptoris mens fuit eiusmodi, ut Clytaemnestra se, quamquam omnibus his misere exagitatam et pudore pridem deposito, tamen huius pudoris voces quasi exaudire significaret, quae inter medium hunc tumultum, quem ceterae animi perturbationes excitarent, obstreperent his et ita obloquerentur, ut maior semper ex rerum conditione et interna malorum conscientia ipsam invaderet agendi incertitudo. Saltim scribendum erat μέση.

v. 160. Praeter abiectam syllabam αι in ἄγομ', incipit versus per anapaestum, quem nullo modo ferre potest metri ratio. „Seneca pag. 556. (v. 138 seq.)

fluctibus variis agor,
ut, cum hinc profundum ventus, hinc aestus rapit,
incerta dubitat unda, cui cedat malo." M.

v. 161. Βοῤῥᾶς num tragici dixerint, ignoro; nullus enim locus nunc succurrit. Augmentum omissum est, hoc et sequenti versu; neque ἔτυψε et ἔβαλε erat dicendum, sed τύπ-

τει et βάλλει propter praecedens ἄγομαι. „Se-„neca p. 578. (v. 471)

„adversus Euro Zephyrus, et Boreae notus." M.

Versus Senecae huc non pertinet; est enim ex verae tempestatis descriptione.

v. 162. Anapaestus prima sede, sed legitimus.

v. 163. „οἴακ' ἀπέβαλον. Summae desperationis, ἐν χειμῶνι καὶ κλύδωνι ἀποβάλλειν τοὺς „οἴακας. Heliodor. p. 181. οὐκ οἶδ', ὅπως τῇ, δικροίας ἀπέβαλον, νῦν δέ μου εἰς μνήμην παραγέγονε. „Seneca l. l. (v. 141.)

„Proinde omisi regimen ex manibus meis." M. Adhibuit auctor dactylum quarto loco, cum tribrachyn ponere vellet, ignorans, ni vana coniectura est, secundam in οἴακα produci. Eurip. Hippol. 1227.

γαίας ἔχων οἴακας ἰθύνοι δρόμον.

v. 164. Rarissima sunt exempla in tragicis, ubi prima in πικρὸς producta sit. Fuit productum in Eurip. Hippol. 829; quem locum Brunkius correxit. Invenio tamen in eiusd. Electra 418.

λάβοιμεν ἄν τι πικρὰ δ' ἀγγείλαμεν ἄν.

v. 165. ταύτῃ est hoc loco, haud in hunc locum, neque respondet τῷ ὅποι.

v. 166. Spondeus sede quarta, (cf. ad v. 144.) cum hiatu qualem tragici non ferunt. „Seneca l. l. (v. 144.)

ubi animus errat, optimum est casum se-
qui." M.

v. 167. „λάχος. Usitatius dicitur τὸ λά-„χος, id est *sors, casus fortuitus.* Sed mox „est τὸν λάχον, ubi metrum non admittit τό. Bis „ergo *masculino genere* dedi, ὁ λάχος, etsi „exemplum simile non sit in promtu. Sic „est τὸ σκότος, et ὁ σκότος. Aeschyl. Eumen. v. „4. 5. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ λάχει, ubi nihil aliud est „quam μέρει, τάξει. Ibid. v. 348. 349. (343. 344. „ed. Sch. mai. 339. ed. min.) est *sors*, sensu „propio.

γιγνομένασι λάχη
τάδ' ἐφ' ἁμῖν ἐκράνθη.

„Scholiasta Soph. pag. 70. notat etiam λαχμός „κλῆρος, ποιητικῶς. Eadem leguntur in Schol. „ad Theocrit. Id. 8. v. 30. Id habet Nonnus „in paraphras. Evang. Io. cap. 19. v. 132. „137." M. Neminem fore credo, praeter ipsum editorem, qui eo modo excusaret vitia, quae contra grammaticam Graecam commit-

tuntur. Ceterum de toto hoc loco, cum Senecae versibus comparando curatius egimus in prolegomenis.

v. 168. „Seneca l. l. (v. 145.)

Caeca est temeritas, quae petit casum ducem." M.

v. 170. „ὧδε. vide vers. 143. *Huc* id est „εἰς ταῦτα τὰ κακὰ, πρὸς ταύτην τὴν μανίαν." M. — Κλυταιμνήστῤ pro Κλυταιμνήστρα cf. ad v. 33.

v. 171. Anapaestus iterum secundo pari loco, nullo modo ferendus.

v. 172. „Qui enim consilio adiuvare et „servare alios volunt, ante nosse debent, qui„bus sint in periculis. Seneca l. l. v. 147.

Latetque culpa — tua." M.

v. 173. „κεύθειν, *latere, occulta esse*, „κρύπτεσθαι, ut exponit Schol. Sophocl. pag. „120. 192. 320. (ad Oedip. Tyr. 966. pag. 31. „Br. ad Oedip. Colon. 1523. pag. 89. Aiac. „634. pag. 455. Electr. 868. pag. 129.) [31]) „Aeschyl. Sept. contr. Theb. 594. (590 ed Sch. „mai. 573. min.)

[31]) Num eosdem Scholiastae locos, quos Matthaei indicavit, invenerim, haud scio, alia utens editione; auxi tamen numerum.

μάντις κεκευθὼς πολεμίας ὑπὸ χθονός [32]).
„ubi Schol. κρυβεὶς, imo ταφεὶς. Seneca l. l.
„(v. 148), et hoc, ut alia, multo deterius:

perlucet omne regiae vitium domus.

„Sallustius Catil. Cap. 51. §. 12. *Qui magno „imperio praediti in excelso aetatem agunt, „eorum facta cuncti mortales novere. Ita „in maxima fortuna minima licentia est.*" M. κεύθειν est hoc loco *celare*, verte, *regum delicta haud licet abscondere.* Senecae et Pseudosophoclis versus inter se comparavimus in prolegomis, unde patebat, uter eorum *multo deterius* rem expresserit.

v. 174. „Seneca p. 557. vers. 149. uno „versu duos contra consuetudinem suam ex„pressit:

piget prioris, et novum crimen struis?" M. Spondeus sede quarta. cf. ad v. 8 et 13. — σκευάζειν νέον ex Latino Senecae ad verbum expressit auctor, at ea quidem significatione apud Graecos haud est in usu. Dicunt νέον βουλεύειν. ut Eurip. Med. 37.

δέδοικα δ' αὐτὴν, μή τι βουλεύσῃ νέον.

[32]) Spurium hunc versum censet Schütze in commentario T. 1. p. 324.

v. 175. Graecum foret τὸ πεπραγμένον. Nam loquitur nutrix de illa re certa et definita, quam olim regina perpetraverat, de adulterio cum Aegistho.

v. 177. „In cod. Aug. ante versum 177 le„gitur nomen nutricis, ante vers. 178 nomen „Clytaemnestrae. Utrumque delevi auctoritate „Cod. Alex. Ut autem hic est ἐπάγειν κακὰ, „ita Sophocl. in Aiace vers. 1189 ἄταν ἐπάγων. „Etiam apud Sen. l. I. personae mihi permu„tatae videntur. Reddidit autem ita:

quod metuit, auget, qui scelus scelere obruit." M.

Reduximus personarum nomina, et Senecae codicisque Aug. auctoritate, et sensu postulante; vide, quae de toto loco in prologomenis diximus. — κάκ' αὔξ' ὅταν, sonus ingratissimus, neque delicatulis Graecorum auribus acceptus, usu tragicorum etiam adversante, numquam αὔξ' pro αὔξει ponentium. vid. ad v. 33.

v. 178. Rarissima apud tragicos et plerumque in choris tantum occurrunt pluralia neutrius generis, in εα desinentia, loco η. cf. v. 156. In chori cantu habet Eurip. Hippolit. 1117. ed. Lips.

ῥάδια δ' ᾔδεα τὸν κύριον etc.

In senariis nunc quidem nullum mihi exemplum occurrit; neque facile multa invenientur, cum plerumque loco duarum syllabarum brevium una longa poni possit, in quo auctor noster turpiter saepe fefellit, qui spondeum sedibus paribus vitaturus, syllabas, quae Atticorum more contractae exhiberi deberent resolvit, quo anapaestum sibi dilectum metro invito intruderet; sic v. 155. 156. Neque tamen omnino negare ausim, nullum eiusmodi exemplum reperiri posse; potest enim fieri, ut magna quadam necessitate cogente tragici hoc admittant; quae necessitas, ni omnia nos fallunt, duplicis tantum generis esse potest; primus est, syllaba brevi finalem praecedente; iam eiusmodi nominativus hanc haberet mensuram, υ υ υ, ut ἔτεα; ex his tribus syllabis duae priores possint ad praecedentem vel dactylum, vel tribrachyn referri, tertia ad sequentem iambum; unde quinque senariorum formae oriuntur.

ἔ τε α
1. –υυ (υ) | υ – | υ – | υ – | υ – | υ –

ἔτε α
2. υ – | υ υ υ | υ – | υ – | υ – | υ –

ἔτε α
3. υ - | υ - | ῡ υ υ | υ - | υ - | υ -
ἔτε α
4. υ - | υ - | υ - | υ υ υ | υ - | υ -
ἔτε α
5. υ - | υ - | υ - | υ - | υ υ υ | υ -

Alterum, quod diximus, genus est, praecedente vel longa vel brevi syllaba, ut duae posteriores syllabae ad sequentem tribrachyn pertineant. Hae syllabae haud possunt contrahi in longam, quoniam locum iambi, quem tribrachys optime explet, tunc trochaeus occuparet. Hinc quatuor senariorum formae originem trahunt, quarum quaevis, ut syllaba vel longa vel brevis duas finales antecedit, duplici ratione describitur.

ἤ θεα
1. ῡ - | υ υ υ | υ - | υ - | υ - | υ -
ἔ τεα
ῡ υ υ | υ υ υ | υ - | υ - | υ - | υ -
ἤ θεα
2. υ - | υ - | υ υ υ | υ - | υ - | υ -
ἔ τεα
υ - | υ υ υ | υ υ υ | υ - | υ - | υ -
ἤ θεα
5. υ - | υ - | υ - | υ υ υ | υ - | υ -
ἔ τεα
υ - | υ - | ῡ υ υ | υ υ υ | υ - | υ -

ἤ θεα
4. υ - | υ - | υ - | υ - | υ υ υ | υ -
ἔ τεα
υ - | υ - | υ - | υ υ υ | υ υ υ | υ -

Tertium aliquod genus constituere possis, duabus ultimis syllabis sextum iambi locum occupantibus

ἤ θεα
υ - | υ - | υ - | υ - | υ - | υ υ
ἔ τεα
υ - | υ - | υ - | υ - | υ υ υ | υ υ

verum accuratius perpendenti statim apparebit tertium hoc genus ad alterum referri debere. — Patet iam, ubi per metri leges necessitas quaedam hanc vocalis longae solutionem excusare possit; verum persuasum mihi habeo, multas harum formarum, quas descripsimus, numquam in usu fuisse; aliis adversatur pedum trisyllaborum continuatio, praesertim si tribrachys dactylum excipit cf. Herm. de metr. p. 151 seq. aliis canon quidam Dawesii, quem ex solius Hermanni nota ad Eurip. Hecub. v. 556. notum habeo. His iam ex isto formarum numero sublatis, atque addito, maximam illorum exemplorum partem apta verborum collocatione potuisse vitari, omnibus luce clarius patebit, eiusmodi exempla, si omnino in-

veniantur, non posse non rarissime inveniri. — Inest vero versui aliud etiam vitium. Nam cum raro formis haud Atticorum more contractis utuntur tragici, numquam id commiserunt, ut in his verborum formis haud contractis, in duas vocales exeuntibus, ultimam abiicerent, sequenti voce per vocalem incipiente.

„πῦρ καὶ σίδηρον. Utrumque medicis tri-„buunt veteres, cum maligna ulcera urendo „secandove sanant. Ovid. Metam. 1, 190.

immedicabile vulnus

ense recidendum.

„Seneca l. l. (v. 152.)

et ferrum et ignis saepe medicinae loco est."

M.

v. 179. „πειρᾶν. Ovid. l. l.

cuncta prius tentanda.

„Seneca l. l.

extrema primo nemo tentavit loco.

„In edito addenda nota interrogandi. Vide „ibi reliqua apud Senecam, quae omnia ex „hoc Sophoclis loco expressa sunt." M. Neque Graeci neque Latini scriptoris locum intellexit doctissimus editor; addita nota interrogandi. ὕστατα πειρᾶν ex Senecae verbis v. 153.

extrema tentare profecta sunt; deberet saltem esse πειρᾶσθαι. Neque tamen hic loquendi modus πειρᾶσθαι τὰ ὕστατα sive ἔσχατα (quae vox usitatior, cf. Eurip. Orest. 447. Heracl. 305. Xenoph. Cyr. 3, 1, 5. Suid. s. v. ἔσχατα κακά.) unquam mihi occurrit, qui prorsus Romanus est.

v. 180. *Is est pessimus senarius, qui in singulis pedibus singula verba habet* ita Herm. de metr. p. 140. „Electra apud Soph. „p. 96. (v. 308. 309.) ait,

ἐν τοῖς κακοῖς
πολλή γ' ἀνάγκη κἀπιτηδεύειν κακά." M.

Seneca v. 154.

capienda rebus in malis praeceps via est.

Vides λαμβάνειν ὁδὸν ex Latino ad verbum esse expressum. Occurrit idem apud Xenoph. Anab. 7, 3, 42., ubi optime Sturz V. D. explicat „*inventa quadam via.*"

v. 181. Est in quarta sede pyrrhichius; sed fuit forsan οὔνομ', qua Ionica forma utitur quoque Soph. Philoctet. v. 251. — αἴδεο pro αἰδοῦ vix in tragicorum senariis invenies. — Seneca v. 155.

at te reflectat coniugii nomen sacrum.

v. 182. ἀνὴρ priori producta, numquam apud Tragicos occurrit. cf. Pors. ad Eurip. Phoen. 1670.

„Clytaemnestra apud Aeschyl. in Agamemn. v. 870. (856. ed. Sch. min.)

τὸ - γυναῖκα — ἄρσενος δίχα
ἧσθαι δόμοις ἔρημον, ἔκπαγλον κακόν." M.

Seneca Agam. v. 156.

Decem per annos vidua respiciam virum.

v. 183. τέκες, abiecto augmento, legitur. — Seneca l. l. v. 157.

meminisse debes sobolis ex illo tuae.

v. 184. „Hunc versum turpiter neglexit „Seneca et duos eius loco ex sua fabrica pro-„traxit; vide l. l. v. 158. 159. versum etiam 161 „temere de suo adiecit; hoc est illud Horatii „Art. poët. v. 16. *assuitur pannus* κ. τ. λ." M. Senecae versus sunt:

equidem et iugales filiae memini faces,
et generum Achillem; praestitit matri fidem.

In verbis Senecae maior certe δεινότης, quam in verbis Graeci scriptoris. cf. prolegom. Verum et Graecus et Latinus scriptor contra metrum peccarunt, hic trochaeum quarto loco

| — ᴗ |
ponens, | ae me |, ille pyrrhichium secunda se-

de adhibens, (cf. ad v. 37.) et augmentum in σφάξεν abiiciens.

v. 185. „Etenim, suadente Calchante, „caede filiae placavit iram Dianae, ut promo- „vere liceret classem ab Aulide. Vide vers. „204. 205. Totam rem latius exponit Electra „apud Sophocl. pag. 107. (v. 566 seq.) πατήρ „ποθ᾽ ὁ ὑμὸς κ. τ. λ." M. Initio versus omittitur augmentum, quod si ad Hermanni regulam revocaveris, hoc loco ferri nequit, quoniam anapaestus eo haud vitatur, prima syllaba in κινέω longa cum sit. cf. Herm. praef. in Hecub. pag. 58. 59. — νέας atticorum est ναῦς. cf. Fischer. ad Weller. t. 1. p. 127. 128. — Seneca v. 160. 161.

redemit illa classis immotae moras,
et maria pigro fixa languore impulit.

v. 186. „οὐρανοῦ γένος, ut filia Iovis ex Le- „da; Seneca p. 557. vers. 162, coelestia cum „humanis miscens, dixit,

Tyndaris, coeli genus.

„Sed Aeschyl. Agam. v. 43. (imo v. 83. ed. Sch.) „Τυνδαρέω θύγατερ." M. apud Senecam est: *ego filia Tyndari, cui Iupiter abavus*, ut iam illic interpretes notarunt. — Κλυταιμνήστρ'

pro Κλυταιμνήστρα cf. ad v. 170. — Anapaestus praeterea est quarta sede.

v. 187. ,,καθαρτικὸν κάρ'. Seneca l. l. (v. 163.) ,,*lustrale caput;* homines enim, qui ex super- ,,stitione gentilium ad placandos deos sacrificii ,,loco offerebantur, καθάρματα, et *piaculares* ,,appellabantur. Dicuntur etiam apud medi- ,,cos φάρμακα καθαρτικὰ, de quibus praeter ,,alios librum scripsit Rufus Ephesius, nobilis ,,inter veteres medicus, cuius libellum, pessi- ,,me a principio et in fine ἠκρωτεριασμένον, cum ,,alio eius libello aliquando integrum editurus sum ex codicibus MSS." M.

v. 188. ,,γάμοι· nimirum ὁ φόνος, ἡ σφαγή. ,,Eurip. Iphigen. in Aul. v. 461.

Αιδης νιν, ὡς ἔοικε, νυμφεύσει τάχα.

,,Domo autem Agamemnon Iphigeniam abdu- ,,xerat, spe coniugii cum Achille ineundi. Eu- ,,ripid. Electra v. 1020 seq. Iphigen. in Aul. v. 100.

πέμπειν Ἀχιλλεῖ, ὡς γαμουμένην." M.

σῶνδε quam vim habeat, nescio. Deberet esse σῶν μεὶν, vel σῶν γε. Seneca Agam. v. 164 seq.

Revolvit animus virginis thalamos meae,
quas ille dignos Pelopia fecit domo,
cum stetit ad aras one sacrilego pater

quasi

quasi nuptiales.

Ad verbum fere scriptor Graecus haec expressit.

v. 189. Hiatus haud ferendus in secundo pede; spondeus praeterea eadem sede; haud enim corripiunt Attici poëtae diphthongos in iambis. cf. Herm. praef. in Hecub. p. 55. — Omissio articuli parum omnino suavis est, neque Graecae elegantiae conveniens. Deberet omnino esse τοὺς τῆς σῆς κόρης θαλάμους.

v. 190. „θαλάμους: intelligit h. l. τὸν τάφον." M.

v. 192. βωμοῖο· cf. ad v. 66. — „δυσσεβής. „Hoc apud Senecam pag. 558. (v. 166.) loco „*sacrifico*, videtur probare *sacrilego*. Apud „Senecam mihi vehementer placet, *quam nuptialis?* Imo *quam pueriles? quam aniles?* „Ibidem ad vocabula: *recedentes foras*, „(v. 168.) interpres aliquis scripsit: *Pathos!* „Equidem nihil passus sum. Risi solum. Haec „enim non *tragica* sed *ludicra* sunt." M. Nolo Viri doctissimi sententiam impugnare, quippe qui sciam, Senecam saepissime peccasse, neque eum dignum esse, qui inter meliores tragicos iure referatur. Verum haud satis mirari queo, quid causae fuerit, cur idem Vir

doctissimus, Senecam acerbe perstringens, Pseudo-Sophocleo hoc dramate tantopere delectatus fuerit, ineptiis et vitiis cuiuscunque generis scatente. Genuinus Sophocles non tantopere virtutibus omnis generis vincit Senecam, quantum Seneca misellum hunc scriptorem.

,,πέλας. Ipse Agamemnon necessitatem ita ,,plorat apud Aeschylum. Agamemn. v. 215. ,,(v. 207. ed. Sch. min.)

εἰ τέκνον
δαΐξω, δόμων ἄγαλμα,
μιαίνων παρθενοσφάγοισι
ῥείθροις πατρώους χέρας, βωμοῦ πέλας.

,,et ibid. de eodem vers. 233. (224. ed. Sch. min.)

ἔτλα-θυτὴρ γενέσθαι θυγατρός.

,,et vers. 1426. (1428. ed. Sch. mai. 1409. min.)

ἔθυσεν αὑτοῦ παῖδα, φιλτάτην ἐμοὶ
ὠδῖν',

,,Clytaemnestra ait. Vide Clytaemnestrae ver- ,,ba hac de re ad Electram, Sophocl. p. 106. ,,(v. 531 seq.) τὴν σὴν ὅμαιμον κ. τ. λ." M.

v. 193. Pyrrhichius secunda sede. cf. ad v. 37. αἵματ' pro αἵματι cf. ad v. 147. — Anapaestus quarta sede. — ,,In codice Augustano

„deletus est, ita tamen, ut adhuc legi possit,
„hic versus:

χ' αὐτὸν θυγατρὸς αἷμ' ἐράντιζεν φίλης.

„ab eadem tamen manu margini adscriptus est „is, quem auctoritate Cod. Alex. edidi. In Augustano vero utroque loco, uti in pluribus „codicibus V. et N. testamenti reperi, legitur „ἐράντιζεν, et ἐραντίσθη. Sed et in similibus vocabulis in vetustis Codd. negligitur alterum ρ, „ut in ἐραβδίσθη. 2 Cor. 11, 25. De neglecto „a poëtis διπλασιασμῷ vide Eustath. 245, 16. in „ἔρεζε. 1316, 46. in ἔρεξα, 1805, 49. in ἔραπτον [32]). Sic est quoque ἔριψε in hymno in „Mercur. vers. 49. Si probetur ἐραντίσθη, in „quarta sede est anapaestus; sin ἐράντιζεν est „iambus. Lepida sunt inter eruditos capitula. „Fortasse ergo ex hoc vocabulo aliquis inge-

M 2

32) cf. Fischer. ad Well. T. 2. p. 290. Etiam apud Tragicos eiusmodi exempla occurrunt; ut ἔρεξας. Eurip. Med. 1289. Pors. 1292. Lips. Electr. 1226. ἔρεξα. Androm. 832. Br. 839. Lips. Omnia tamen haec in chori cantibus. In Rheso 785. ἔρεγκεν est in senario. Huius fabulae vero auctoritas nulla. In Sophocl. Oed. Col. v. 1607. forte scribendum ἐῤῤήγησαν.

„niosior et acutior criticus docebit, hanc tra-„goediam consutam esse ab aliquo monacho, „qui hoc vocabulum apud solos LXX, et in N. „testamento repererit. Facile ergo substitui „poterat ἐῤῥάνθη, ἠμάχθη. Praeterea quivis „intelligit, eum, qui cetera scripserit, facile „multis modis vitare potuisse vocabulum ῥαντί-„ζειν, nisi Graecum fuisset. Veluti sic

καὶ τοῦ θυγατρὸς αἵματος στάζων φίλης,

„vel

καὶ τῷ θυγατρὸς αἵματι φοινιχθεὶς φίλης

„vel

καὶ τοῖς θυγατρὸς αἵμασι πεπαλαγμένος φίλης.

„vel aliter." M. In hac nota insunt nonnulla, quae, nollem, Viro doctissimo excidissent. Accidit eidem, quod Hotomanno quondam accidisse legimus [33]), quod suspicionem aliquam de νοθείᾳ huius fabulae premere maluit, et quoquo modo fabulam defendere, quam suspicionem diligentius persequi ad veritatem investigandam. At quonam argumento usus est V. D.? Eum, qui cetera scripsisset, vocem ῥαντίζειν facile vitare potuisse, nisi Graeca fuisset. Graeca itaque sunt, quae scriptor hic effundit?

[33]) cf. Markland. ad Cicer. p. red. in Sen. §. 4. pag. 14 ed. Wolf.

Miror, Virum, Graece ceterum doctissimum, a scriptore hoc barbaro fucum sibi fieri, passum esse. — Addit editor tres modos, quos ex ingenio finxit, quibus vitari haec vox potuisset. Verum egregie in omnibus his senariis metrum vapulat; in primo pyrrhichius est pes secundus; in secundo praeter pyrrhichium eodem loco anapaestus in quarta sede. Tertius vero senarius, quem proponit editor, prorsus monstrum est. Ex duobus praecedentibus enim et scriptoris nostri perpetua ratione, credendum est, virum doctissimum, in tertio hoc versu quoque secundam in θυγατρὸς produxisse; in quo si haud vana suspicio nostra est, senarium nobis *septem* pedum exhibuit! Verum sit ea vana, corripiatur media illius vocis syllaba (ut corripi debet), en iam huius versus per pedes descriptionem,

- - | ∪ ∪ ∪ | - ∪ ∪ | ∪ ∪ - | ∪ - | ∪ -

eiusmodi senarium ne pessimum quidem omnium tragicorum Athenis fecisse, crederem.

v. 194. „Sophocl. pag. 133. (Electr. v. 1231.)

ἕρπει δάκρυον ὀμμάτων ἄπο.

„De re ipsa vide Eurip. Iphig. in Aul. vers. 359.

ἡσθεὶς φρένος,

ἀσμενος θύσειν ὑπέστης παῖδα." M.

v. 195. „ὀμφὴν, i. e. μαντείαν, χρησμόν. „Sophocl. Oedip. Colon. v. 102.

κατ' ὀμφὰς τὰς Ἀπόλλωνος.

„vide Eurip. Iphigen. in Aul. v. 89 seqq. 358. — „βοῆς, hoc est φωνῆς." M. ὀμφήν. κληδόνα, φήμην θεῖαν, ἢ ὀνείρου φάντασμα Suid. adde Schol. ad Iliad. β. 41. de voce humana Euripid. Med. 174.

πῶς ἂν ἐς ὄψιν τὰν ἁμετέραν
ἔλθοι, μύθων τ' αὐδαθέντων
δέξαιτ' ὀμφάν.

ubi Schol. ὀμφὴν γὰρ νῦν τὴν φωνὴν λέγει, ἢ τὴν ἐμιλίαν, καὶ οὐχὶ τὴν κληδόνα cf. praeter Soph. Oed. Col. 550. 1351. — βοὴ est clamor altior. βοὴν, μάχην καὶ μεγάλην φωνήν Suid. Verum quae est ὀμφὴ βοῆς? Illam vocem explicat Matthaei V. D. per χρησμὸν, quo auctore, nescio. Nam loci citati nihil ad rem faciunt. χρησμὸς vero duplici modo dicitur, tam de deo, oraculi auctore, quam de sacerdote, oraculum pronunciante et edente. ὀμφὴ vero dei tantummodo est, haudquaquam sacerdotis, qui ὀμφὴν divinam per χρησμὸν evulgat, sive ἀναιρεῖ (qua voce sollemni Euripides l. a Matthaei laud. v. 90. utitur). — Verum sit ὀμφὴ ὁ χρησμός. Iam quis est χρησμὸς βοῆς? φωνῆς ait idem edi-

tor. βοὴν non simpliciter φωνὴν esse supra diximus. Sed et hoc largiamur; habemus iam χρησμὸν φωνῆς. Verum hic haud in nostrum locum quadrat. Numquam enim χρησμὸς φωνῆς sonabit *vaticinium, per vocem editum, sive verbis conceptum;* est potius *vaticinium ex oblata voce captum;* (Loquor de notissima veterum superstitione, qua ex vocibus fortuito auditis omnia captabant, ad quae celeberrimum illud *favete linguis* in sacris rite peragendis pertinet. cf. Cicer. de divin. 2, 40 interprett. ad Hor. Carm. 3, 1, 2.) Calchas itaque h. l. dum χρησμὸν φωνῆς φρίττει, vocem aliquam malam fortuito auditam horret, et, mirabile dictu, οἰκείαν vocem i. e. suam ipsius vocem. Explosa hac doctissimi editoris explicatione, age, videamus, an locus saniorem interpretationem recipiat, si ὀμφὴν adhibitam statuimus pro simplici voce humana. Verum facile in oculos incurrit ὀμφὴν sive φωνὴν βοῆς haud tolerari posse, nec quisquam credo abutetur loco Euripid. Helen. 1591.

ὀρθιά τ' ἐξεπίμπλατο
βοῆς κελεύθου φθέγμαθ', ὡς ἠκούσαμεν.

Nam φθέγματα βοῆς, si locus sanus est [34]), haud similiter dicuntur. Sunt voces singulorum, ad iter accelerandum adhortantium, quae voces in unum clamorem coalescunt. — Sed *ecce hominem!* qui cum in Seneca invenisset v. 167.

horruit Calchas suae
responsa vocis

vocem in *clamorem* mutavit, et *responsorum* loco si ὀμφὴν, augustum verbum, poneret, sapere sibi visus est.

[34]) Locus iste sine dubio corruptus est, ut iam aliis videbatur. cf. not. ad h. l. Iam in versibus praecedentibus quaedam emendanda sunt *v.* 1587. lege Ἑλένη ᾽καθέζετ᾽. *v.* 1589. Accusativus τοίχους δεξιοὺς κ. τ. λ. non habet, quo referatur. *v.* 1590. ἀνὴρ παρ᾽ ἄνδρα omnino sunt Graeci, confertim sedentes. Aegyptii enim, ut remiges, in transtris sedebant. In versu 1591 si metrum solum restituendum esset, facile legi possit ἐνεπίμπλατο; verum illud ὡς ᾔκούσαμεν ita languet, ut nihil cogitari possit, quod id superet. Suspicor, extrema sic esse emendanda

κελεύστου φθεγμάτων ᾔκούσαμεν.

κελευστὴς (quem quoque Pierson. coniecit) ος

v. 196. Anapaestus secundum pedem occupat, hiatus quintum. — Articulus τὸν alieno loco positus est, et totam phraseos vim invertit. — γονῇσι cf. ad v. 11.

v. 198. „Seneca pag. 558. (v. 169.)
O scelera semper sceleribus vincens domus." M. Plerumque quidem Graeculus noster in vocalium ancipitum tantum quantitate aberrare solet; verum in hoc versu egregie lapsus est, cum spondeum καινοῖς quarto loco poneret. — In hoc quoque versu importunus est articulus.

v. 199. Recipiendum erat ex cod. Aug. αἰὲν ὑπερβαῖνον, quoniam Seneca l. l. *semper* habet. Nolui tamen facere, ne iniquiores in scriptorem videremur, eique anapaestum loco haud concesso assueremus.

v. 200. Praeter hiatum et abiectum iota dativi (cf. ad v. 47.) dactylus est in quinta sede, ubi nullo modo ferri potest. cf. Herm. praef. in Hecub. p. 35. 36 seq. „Cod Aug. „ὠνούμεν. In usu est ὠνεῖσθαι, non ὤνεῖν. ὠνεῖν „auctoritate Hesychii, qui id interpretatur, „πωλεῖν, ἀπολαύειν, tueri nemo potest. Quod „ὠνεῖσθαι attinet, Philo pag. 294. similiter di-

currit v. 1612; in medio quae posita sunt, aliis emendanda relinquo.

„xit, θανάτῳ φιλτάτων ὠνεῖσθαι τιμήν. Item Eu-„ripid. Iphig. in Aul. 1170.

τάχθιστα τοῖσι φιλτάτοις ὠνούμεθα.

„Seneca l. I. pro more suo (v. 170.)

cruore ventos emimus, bellum nece.

„Virg. Aen. 2, 116.

sanguine placastis ventos et virgine caesa." M.

„λύσιν. Sophocl. pag. 108. (Electr. v. 573.)

οὐ γὰρ ἦν λύσις

ἄλλη στρατῷ." M.

v. 201. Pyrrhichius secunda sede cf. ad v. 37.; ad quem locum quoque de inepta huius versus sententia diximus.

v. 202. ἰχῶρ' cf. ad v. 127., et de abiecto iota dativi ad v. 47. „εὐμενίζομεν i. e. εὐμενεῖς „ἀντὶ ἀπεχθῶν παρασκευάζομεν, aliud est εὐμενί-„ζεσθαι, sibi benevolum reddere. Xenoph. „Cyrop. 3, 3, 22. ἥρωας Ἀσσυρίας οἰκήτορας εὐ-„μενίζετο. Dicitur etiam ἐξευμενίζεσθαι." M. Omnino h. l. postulatur εὐμενιζόμεθα *nobis benevolos reddimus.*

v. 203. Hiatus haud ferendus in primo pede.

v. 204. Pyrrhichius secunda sede cf. ad v. 37. „περιέχεται loco ἀπέχεται. Est autem in

„quarta sede tribrachys. περιέχεσθαί τινος est „studio teneri alicuius rei, rem aliquam ama„re, amplecti. Sed eo sensu legendum esset:

εἰ τῆς θυγατρὸς μὴ περιέχεται φονεύς.

„Hac tamen correctione non est opus. Ad„versatur ei etiam versus antecedens, maxi„meque vocabulum ποιοῖ, quod non nisi de in„iuria, contumelia, aut adeo caede accipi „potest. περιέχεσθαι loco ἀπέχεσθαι habet etiam „Herodot. 7, 237. κακολογίης – περιέχεσθαι κε„λεύω." M. Solus hic Herodoti locus ad hanc significationem tuendam afferri solet, quam Stephanus iam in thesauro valde raram dixit, ut aliud exemplum laudare haud valeret. Verum in posterum haec significatio una cum hoc exemplo ex Lexicis exulabit (neque in Schneideri V. Cel. novissimo exstat) ex quo Wesselingius, manuscriptos codices secutus, simplex ἔχεσθαι reposuit, quod retinuit nuperrimus editor *Schaefer* V. D.

v. 205. Spondeus cum hiatu sede secunda. cf. ad v. 189. Augmentum in λύσεν nulla necessitate cogente abiectum est. Praeterea addito ν in hac voce carere potuissemus.

v. 206. „ἀπέλυσε, nimirum τὸν στρατὸν τῶν „Ἀχαιῶν. In secunda sede est anapaestus, in

„tertia tribrachys." M. Imo in utraque est anapaestus; καὶ enim sequenti vocali haud corripi posse notavimus ad vers. 189. Hiatus praeterea versui inhaeret. „ἐναντίων, idem, quod „ἀπεχθῶν, veluti Dianae." M. Seneca Agam. v. 172.

Non est soluta prospero classis deo.

v. 207. Hiatus, quem tollit cod. Aug. legendo γὰρ pro τί.

v. 208. „ἐκ τοῦδ' i. e. ἐκ τῆς τοῦδε αἰτίας." M. Oratio aspera. — In his, quae iam sequuntur, usque ad versum 218. Homeri Iliados rhapsodiam primam respexisse auctorem, eamque in brevius contraxisse, in oculos occurrit.

v. 210. „θερίζων, *metens*. Suidas θερίζειν, „ἀντὶ τοῦ καταβάλλειν — ἤ, ὅτι πολλοὺς ἐθέριζον „διὰ τὸν πόλεμον. Sophocl. in Aiace v. 238.

τοῦ μὲν κεφαλὴν καὶ γλῶσσαν ἄκραν
ῥίπτει θερίσας.

„Virg. Aen. 10, 513.

proxima quaeque metit gladio." M.

„χέρμασιν· notiora sunt χερμάς, χερμάδος, „χερμάδιον. Sed h. l. est χέρμα. Neque vero „hic lapidem notare potest, sed quidquid *ma*„*nu prehensum* proiicitur." M. Proiiciturne

iaculum? emittitur. Inepta voce usus est scriptor, qui paulo adsurgere voluit, in reliqua oratione omnino depressus. Sed *Icarum quisquis studet!*

v. 211. μέσσος et ἔσσομαι in tragicis haud admittit Hermann. annot. ad Hecub. v. 379. pag. 116. — οἱ πλείω νεκροὶ etc. prorsus coecutio in his; nulla inest grammatices ratio. Deberet saltem esse οὐ πλείους νεκροί.

v. 212. „ἱερέως κόρην. Chryseïda, Chrysae „filiam, ut notum est ex Homero. Ovid. rem. „amor. v. 469.

Marte suo captam Chryseïda victor (Atrides) amabat.

„Seneca l. l. (v. 175.)

amore captae captus.

„Ingeniose! ut supra v. 109. *graves levibus.*" M. βίᾳ κρατεῖ κόρην vertit editio Mosquensis *sacerdotis filiam retinebat vi.* Utinam exemplo et constructionis et significationis addita essent! Nunc nihil in his video. Neque melius loco consulitur accentibus mutatis scribendo βιᾷ κράτει. Nam βιᾷν pro βιάζειν praeter Homerum Ionicosque poëtas vix ullus dixerit. Usitatius praeterea diceretur βιάζεται κόρην. Habet quidem Charit. l. 6. c. 1. p. 131. ed. Lips.

ἐλεγχθήσῃ δὲ μᾶλλον, ὅταν αὐτὴν μὴ βιάσῃς, **sed** loco dubio. cf. Dorvill. p. 511. Frequentius etiam est βιάζεσθαι κόρην, *stuprare.* Exstant tamen loca in quibus leniori significatione dicitur. cf. Alciphron. apud Dorvill. l. c. Verum tum est cogere puellam ad aliquid faciendum, quod huic loco haud convenit.

v. 213. Praeter hiatum anapaestus occupat quintam sedem. — μελετᾷν πάθη longe aliud quid sonat, quam quod in versione expressum est, *curare cladem.* Est potius *meditari cladem*, inepto sensu.

v. 214. Hiatus eximius vocalis brevis ante vocalem.

v. 215. Deest augmentum in πέμψαν pro ἔπεμψαν. — Dicitur praeterea αἰτεῖν παρά τινος vel αἰτεῖν τινα, nusquam quod sciam ἐκ τινός, quod Latinorum est *quaerere ex aliquo.*

v. 216. „Πάριδος ἐχθρὸς πότνιος, *Paridis* „*gravissimus ultor* (egregius hostis) Ironice. „Seneca pag. 559. (v. 187.)

En Paridis hostem." M.

v. 218. Quotiescunque hunc versum lego, vix risum tenere possum; est otiosus, et sic conceptus, ut ne in pedestri quidem oratione paulo floridiore aliquis eum adhibere posset.

Nec Graecus est verborum hic ordo: Πηλείδου ἐκ τοῦ ἐς αὐτὸν κότου, ex Pelidae in eum ira. — Πηλείδε pro Πηλείδεω cf. ad v. 134. et ad v. 33.

v. 219. Ad hiatum vitandum, a quo tamen non semper sibi cavere solet hic scriptor, particula δὲ in versum intrusa est, prorsus abundans.

v. 222. νικάομεν (tragicorum esset νικῶμεν) ἡττώμενοι (deberet esse ἡττημένοι) *vincimus victi.* Nimis argute hoc; miratur quasi Clytaemnestra, Graecos toties a Hectore victos, optimis ducibus occisis, vicisse tamen et Troiam cepisse. Sed praemissum φεῦ, quod non est mirantis sed indignantis, in eam opinionem inducere potest, ut longe alium sensum scriptorem hunc in animo habuisse, statuamus. Voluit enim fortasse dicere, *vincimur victores* i. e. victoriam quidem adepti sumus, sed cum tanta nostrorum strage, ut pro clade ea haberi queat. — Sic, quemadmodum fecimus, primo adspectu, perpensis rationibus, quivis de hoc loco eiusque sententia iudicabit. Verum insigne idem locus oscitantiae et stupiditatis miselli huius scriptoris documentum praebet. Verba enim haec quoque Senecae sublecta sunt, ex alio vero loco, quam in quo vertendo

nunc occupatus erat. Occurrunt scilicet in Agam. v. 860. *vicimus victi*, verum in oratione Cassandrae, Troianae mulieris, de caede Agamemnonis loquentis; unde ea transtulit noster in orationem Clytaemnestrae, Graecae reginae, ita ut prorsus contrarium sensum nobis praebeant.

v. 223. „Haec necis singulorum ducum „Graecorum enumeratio quodammodo molesta „est, sed facit ad invidiam Agamemnonis. „Graeci praeterea libenter audiebant istorum „ducum nomina. Multo vero molestius etiam „vaticinium Cassandrae in Aeschyli Agamemnone vers. 1081 seqq." M. Continuatur haec enumeratio usque ad versum 258.; non solum vero molesta est, sed puerilis adeo, et pusillum scriptoris ingenium optime arguens. Seneca enim duce relicto (qui nihil horum habet) notissimum Homeri catalogum navium, quantum sibi conducere videbatur, exscripsit, et nonnumquam ad verbum quidem. Sequitur quoque, tantum non semper, ipsum huius catalogi ordinem in enumerandis ducibus. Quae ratio Homeri imitandi quantum distet ab ea, quam ceteri tragici nonnumquam sequuntur, ulteriori explicatione haud eget. Initium facit a Boeo-

Boeotorum quinque ducibus. cf. Hom. Iliad. β. 494 — 510.

v. 224. Monstrum versus! hiatus immanis; praeterea ἐξάδελφ' pro ἐξάδελφοι. cf. ad v. 33.

v. 225. „Ascalaphus et Ialmenus." M. Aspledonis et Orchomeni reges, Martis et Astyoches filii. Hom. l. c. v. 511 — 516. ex Homerico υἷες Ἄρηος, sumsit noster Ἄρηος τέκη. Verum adiectum ἀψευδῆ prorsus importunum est. Quis unquam dubitavit de eorum natalibus? Voluit forsan dicere, eos bellicis virtutibus praeditos patre Marte dignos esse. Sed vox ipsa haud congruit. — In prima sede est trochaeus; nam δὲ, quantum equidem sciam, in tragicis, ubi positio mutae cum liquida sequitur, numquam producitur. Praeterea inest versui hiatus, et forma Ionica Ἄρηος; cf. ad v. 28.

v. 226. a Deiphobo occisus. cf. Il. v. 518. — Anapaestus quarta sede.

v. 227. Schedius et Epistrophus, Iliad. β. 517 — 526. uterque ab Hectore occisus. Il. ρ, 306. Dares Phryg. 21. — Ceterum spondeus est secunda sede.

v. 228. Omisso iam Aiace Oïleo, cuius in reditu mortem, nondum scire potuit Gly-

taemnestra, pergit ad eum qui proxime in catalogo navium sequitur, Elephenorem. v. Iliad. β. 536 — 545. ab Agenore occisum. Ceterum ipsa verba iterum ex Homero sumsit v. 540.

τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' Ἐλεφήνωρ, ὄζος Ἄρηος.

de Ἄρηος cf. ad v. 225. — Loco quarto est anapaestus.

v. 229. Iterum rege Athenarum, Menestheo, feliciter reduci, omisso pergit ad Aiacem Telamonium, Iliad. β. 557. 558., de cuius morte notissima est res. — Hiatus inest versui immanis. — Αἰακιδάο cf. ad v. 134. — δὴ pro δὲ metri causa videtur positum.

v. 230. Pyrrhichius secunda sede [35], quarta anapaestus. Λαερτιάδης semper est, numquam Λαερτίδης. Bella vero huius loci est sententia et memorabilis. *Ubi te inveniemus, qui es in Orco?* Invenies certe in Orco!

v. 231. „Clytaemnestra ergo arguit Ulys„sem, tamquam homicidam Aiacis, quamquam „se ipse interfecit, victus ab eo in certamine

[35]) Occurrit mihi investiganti nullum quidem exemplum, unde ultimae huius vocis syllabae quantitas pateat. Sed ex similium vocum μέγας et μέλας comparatione conclusio valet. cf. Apollon. Rhod. 2, 63.

„de armis Achillis." M. φονηθεὶς, verbum est inusitatum φονεῖν, nusquam occurrens (quamquam in veteribus Lexicis, ut Basileensi 1584, sed nulla auctoritate munitum inveniatur, cui errori verba composita nonnulla eius formae ansam dedisse videntur) occurrit iterum v. 265. Noli itaque emendare φονευθεὶς. Neque a φονᾷν derivari potest, quod aliam significationem habet. cf. Suid. s. vv. φονᾷν et φονῶντες.

v. 232. „Palamedem." M. „ἐοικότως, nimirum dolo Ulyssis. Xenoph. p. 706. B. edit. „Leuncl. (Apol. Socr. 26.) καὶ Παλαμήδης, ὁ πα„ραπλησίως (Sophocles hic ἐοικότως μάλα) ἐμοὶ „τελευτήσας. ἔτι γὰρ καὶ νῦν πολὺ καλλίους ὕμ„νους παρέχεται Ὀδυσσέως τοῦ ἀδίκως ἀποκτείναντος „αὐτόν. De Palamede copiose disputat Scho„liasta ad Eurip. Orest. p. 65. edit. Barnes. [15])." M. Similitudine factorum ductus inter ducum recensum, ex Homero petitum inserit nunc scriptor Palamedis fatum, quem Homerus nondum novit. Postea ad ordinem Homericum revertitur. — Tragicorum consuetudo postularet εἰκότως.

v. 233. Ναυπλίοιο cf. ad v. 66.

N 2

[15]) ad Orest. v. 433. pag. 86. edit. Lips.

v. 234. „πνῖξαν. Ita Pauson. lib. 10. cap. „31. pag. 260. edit. Facii: Παλαμήδην δὲ ἀπο„πνιγῆναι προελθόντα ἐπὶ ἰχθύων θήραν — ἐπιλε„ξάμενος ἐν ἔπεσιν οἶδα τοῖς κυπρίοις. Adde Val„ckenarii Diatr. in Eurip. p. 190. Heerens Bi„bliotheck der alten Litteratur und Kunst. 1 „Stück. S. 24." M. Multis modis contra tragicorum morem peccatur. τλάμων pro τλήμων haud in senario occurrit. (Euripid. Orest. 1028. [1026 Pors.] legitur dorica quidem huius forma in editione Lipsiensi; in Porsoni verum legitima Attiça [37])) In πνῖξαν deest augmentum. Tum de forma Ὀδυσῆος cf. ad v. 28. Neque abiectum σ in hac voce tragici tolerant.

v. 236. Anapaestus sede quinta, haud ferendus.

v. 237. Ἀτρεῖδ' εἰσὶν. Sic editio Mosquensis, ita ut versus una syllaba mancus esset. Edendum curavi Ἀτρείδα' εἰσὶν ex perpetua quamvis haud probanda huius scriptoris ratione. cf. ad v. 134.

v. 238. ἀμφισβητέοντα pro ἀμφισβητοῦντα contra tragicorum morem. Anapaestus praeterea sede quinta.

[37]) Eadem dorica forma in eadem voce occurrit iam supra v. 14.

v. 239. De forma βασιλῆς cf. ad v. 28. Anapaestus praeterea primo loco, et hiatus secundo.

v. 240. Anapaestus secunda sede. De forma Ὀδυσῆος cf. ad v. 234. Ceterum memorabilis est haec de Palamede narratio, quam vereor ne ex ingenio finxerit noster. Invidia Ulyssis et Agamemnonis eum occisum fuisse, norunt omnes. cf. Schol. Euripid. l. l. Verum quid est ἀμφισβητοῦντα περὶ στρατοῦ? Quo refertur? Nihil video.

v. 241. Redit iterum auctor ad gyrum Homericum. Post Aiacem enim in catalogo navium sequuntur Diomedes, Agamemnon et Menelaus, quos, utpote vivos, haud recenset noster. Hos excipit apud Homerum Iliad. β. v. 591 — 602. Nestor, in cuius filii morte nunc subsistit auctor.

v. 242. ,,μαχῶντα. Cod. Aug. μάχοντα. ,,Dicitur μάχεσθαι, non μάχειν, et in composi-,,tis μαχεῖν, ut ναυμαχεῖν, πεζομαχεῖν, γνωμο-,,μαχεῖν. μαχῶντα est ab μαχάω. Hesych. μα-,,χᾶν, ἀντὶ τοῦ θέλειν (imo ἐπιθυμεῖν) μάχεσθαι." M. Reduximus μάχοντα pro μαχῶντα, cuius vocis auctoritas penes solum Hesychium est; (ad v. 200. idem vir doct. hunc scriptorem non

magnifecit) rarius vero verbum quis credat hunc scriptorem novisse? Voluit hac ratione emendare doctiss. editor, quod turpiter admiserat auctor vitium, μάχοντα pro μαχόμενον ponens. Sed eiusmodi plura iam notavimus, ut συνεστιῶντες v. 9. φερόμενος v. 30 etc. Remaneant igitur scriptori huic inepti naevi, quos ipse admisit. — Neque loco convenit μαχῶντα, quod foret *pugnare volentem, cupientem, nondum vero pugnantem.* At acriter pugnans interfectus est Antilochus. Vertit Mathaei *pugnae intentum;* perperam; hoc enim esset *fortiter pugnantem.*

v. 243. „ἔσπασας i. e. ἔσπαραξας. Scho„liasta Sophoclis pag. 46. (ad Aiac. 769. pag. „458. edit. Brunk.) ἐπισπάσειν ἀντὶ τοῦ ἐπισπά„σεσθαι, ἤγουν, λήψεσθαι. (ἐπισπάσειν, ἤγουν „ἐπισπάσεσθαι, λήψεσθαι. Brunk.) σπῶ, τὸ με„ταλαμβάνω, καὶ συντάσσεται γενικῇ, οἷον, ἔσπα„σε τοῦ ὕδατος. ἐπισπῶμαι δέ, τὸ λαμβάνω (με„ταλαμβάνω Brunk.) καὶ συντάσσεται αἰτιατικῇ. „Hoc tamen h. l. minime dubium reddit accu„sativum, cum exempla in promtu sint, in „quibus σπᾶν, etiam cum μεταλαμβάνειν notat, „accusativo iungatur. Uno defungar exemplo.

„Aeschyl. Agamemnon v. 341. (v. 343. ed. Sch. „mai. 332. min.)

ἕκαστος ἔσπασεν τύχης πάλον.

„Notum est etiam σπᾶν ἀέρα. Notat etiam trahere, pellicere. Sophocl. Electr. de Clytaemnestra et Aegistho vers. 561.

ἀλλά σ' ἔσπασε

πειθὼ κακοῦ πρὸς ἀνδρός, ᾧ τανῦν ξύνει." M.

Rursum anapaestus quinta sede.

v. 244. Omisso Arcadum duce Agapenore (de quo vide Heyn. V. Cl. Obs. in Iliad. T. 4. pag. 338), Homericum filum secutus ad Eleorum duces quatuor, Amphimachum, Thalpium, Diorem, et Polyxenum (Iliad. β. 615 — 624.) pergit. Ex his Amphimachus et Diores ante Troiam ceciderunt, ille a Hectore caesus, Il. ν. 185 seq. hic a Piroo, Il. δ. 517 seq. — Anapaestus est sede quarta.

v. 245. Ἄρηος cf. ad v. 28. — ὑμέων pro ὑμῶν· vix tragicorum est. — Augmentum in κτάνον deest.

v. 246. Sequuntur apud Homerum Meges (cf. Heyne l. c. pag. 345.), Ulysses, Thoas, et Idomeneus cum Merione, quos omnes rediisse a Troia notum est. Hos excipit statim Tlepolemus, Rhodi rex, Iliad. β. 653 — 670. Occi-

tus a Sarpedone Iliad. ε. 628—659. — Ceterum pertinet hic versus ad pessimos eos senarios, de quibus diximus ad v. 180.

v. 247. Ordo verborum in hoc et sequenti versu parum Graecus et insuavis est. Deberet esse τέθνηκέ τε — — καὶ ἔβρεξε. Praeterea ὑπ' ἔγχεος (ἔγχους), Διὸς παιδὸς, Genitivi male cumulati.

v. 248. πολλὰν pro πολὺ haud in senariis occurrit.

v. 249. Ut in Homeri loco laudato ita in nostro post Tlepolemum Nireus commemoratur Iliad. β. 671—675, occisus ab Eurypylo secundum Hygin. fab. 113. p. 26. edit. Basil. 1570. — Anapaestus sede quinta, ex Hermanni quidem rationibus tolerandus.

v. 250. Iterum anapaestus quintus est pes. Admirationem vero movet scriptoris foecundum ingenium in dicendi formulis vario modo exprimendis; habet nunc στενάζειν δακρύοις, et mox v. 253. δακρυχέειν ἐν στενάγμασι.

v. 251. Neglectis Phidippo et Antipho apud Hom. l. c. v. 676—680, quoniam haud vitam finierunt ante Troiam, eodem, quo Homerus, (Il. β. 681 — 694.) ordine pergit ad Achillem, quem Paridis manu occubuisse no-

tissimum est. — Quinta sede creticum adeo noster adhibuit. Prima in ἀγλαὸς, eiusque derivatis semper producitur apud tragicos.

v. 252. Ἄρηος cf. ad v. 28. — Prima syllaba in ἴσος semper corripitur in tragicis poëtis. cf. Pors. ad Orest. v. 9. Pyrrhichius est itaque loco secundi iambi.

v. 253. δακρυχέειν ἐν στενάγμασι (deberat esse σὺν στενάγμασι) cf. ad v. 250.

v. 254. Hoc solo loco ordinem Homericum invertit auctor, Machaona antè Protesilaum ponens, quamquam apud Homerum hic praecedat (l. c. v. 695 — 710.), ille sequatur, (720 — 733.). — Machaon cecidit Eurypyli manu. cf. Hygin. l. ad vers. 249. laud. — Augmentum in δύνατο deest. „Iliad. δ. 193. 194.

Μαχάονα, —

Ἀσκληπιοῦ υἱὸν, ἀμύμονος ἰητῆρος." M.

v. 255. θανάτοιο, cf. ad v. 66. — Anapaestus prima sede.

v. 256. „Iphicli filii Protesilaus, natu maior, et minor, Podarces. Protesilai coniux „Laodamia, Acasti filia. Vide Ovid. Epist. „Heroidd. 13. Homer. Il. β. 698 seqq." M. De Protesilai morte sive ab Hectore sive ab alio quodam occisi cf. Heyne ad Homer. l. c. p.

376. Hygin. fab. 103. — Ceterum Pyrrhichius est secunda sede; patronymica enim in ίδης corripiunt iota. Verum et metro et Graecorum consuetudini satisfecisset auctor, scribendo, Ἰφικλείδην. Hesiod. scut. Herc. v. 111.

οὐδ' Ἰφικλείδην δειδίξεται· ἀλλά μιν οἴω.

v. 257. Ex linguae legibus ἐκεῖνος pertinet ad Machaonem, haud ad Iphiclidem, ad quem pertinere hanc vocem noster voluit.

v. 258. Desinit hic recensus ducum ante Troiam occisorum, una cum Homeri navium catalogo. Nam quos praeterea Homerus in fine nominat, Eumelum v. 714., Philoctetem v. 718., Medonta v. 727., Eurypylum v. 736., Polypaeten v. 740., Leontea v. 745., Gunea v. 748. Prothoumque v. 756., ii omnes praeter Medonta, ab Aenea occisum (Iliad. o. 332.), domum reverterunt. Neque tamen Medon solus est, quem praetermisit auctor noster. Supra v. 224. ex quinque Boeotorum ducibus tres mortuos ait, cum tamen constet, quatuor esse ante Troiam occisos. Leïtus solus salvus remansit. De morte Arcesilai vide Iliad. o. 329., Clonii o. 340., Prothoenoris ξ. 450., Penelei Heynium ad Virg. Aen. 2, 424. Compensavit auctor hoc damnum, Podarcem, hoc versu

258, occisis annumerans, de cuius morte omnino nihil compertum habemus.

v. 259. πάρεστι, deberet esse περίεστι sive λέλειπται.

v. 261. Anapaestus sede quarta.

v. 262. στάσιν. Saepius iam formularum mentionem iniecimus, quae scriptorem hunc Latinum esse, haud Graecum arguerent. Insignis nunc huic opinioni accedit auctoritas ex hac voce, qua Latinorum *statum* reddere voluit scriptor. Στάσις vero nunquam status est, sive conditio fortunae. Ut in formulis, status civitatis, status fortunarum, status vitae (Cic. in Verr. 2, 4.), sed est *ratio, qua quis stat;* sic minax status (Horat. 3, 4, 54.), status pertinax (Gell. 2, 1.). — πρώτην, Graece scripsisset προτέραν.

v. 263. Anapaestus quarta sede.

v. 264. Anapaestus tertia sede.

v. 265. θάνον pro ἔθανον; deest augmentum. — φονεῖν cf. ad v. 231.

v. 266. Hiatum hic versus habet, „versu „281 est: ἄγειν — ἐς δόμους." M.

v. 267. „Clytaemnestra praeter Orestem „filium, plures filias habebat. Eorum nomina „notavit interpres ad Senec. Agamemn. v. 195.

„Clytaemnestra autem his verbis Cassandram „notat; Seneca pag. 560. (v. 198.)

En! adest natis tuis

furens noverca."

M.

v. 268. „Τρωϊκὴν, οἰστρουμένην. Troianam „appellat per contemtum. Fuit enim arrogan„tiae Graecorum, peregrinos homines, adeo „ipsis multo praestantiores, contemtui habere. „Quod οἰστρουμένην attinet, vide Euripid. Elec„tram vers. 1032.

ἀλλ' ἦλθ' ἔχων μοι Μαινάδ', ἔνθεον κόρην,

λέκτροις τ' ἐπεισέφρηκε,

„κ. τ. λ." M.

v. 269. δέξομ' pro δέξομαι. cf. ad v. 33. „Διὸς κόροι. Hos appellat in auxilium, ut soror „fratres." M.

v. 270. ἐκδέξομ' pro ἐκδέξομαι. cf. ad.v. 33.

v. 271. Incipit versus per dactylum, quod per se improbari nequit; verum inest hiatus, qui nullo modo ferri potest, quo sublato trochaeus existit, qui haud magis tolerandus est. „Aeschyl. in Agamemnone v. 916. appellat „(v. 901. ed. Sch. min.) Ἰλίου πορθήτορα." M. Anapaestus est sede quarta.

v. 273. Spondeus cum hiatu sede secunda. cf. ad v. 189. — „ἐκζέοντος est apud Aeschyl. „Sept. contra Theb. v. 715. (v. 711. ed. Sch. „mai. 694. min.) βλύζειν habet Nicander The„riac. vers. 497. ἐκβλύζειν, quod etiam in Ste„phani thesauro auctoritate destituitur, habet „Chrysost. T. 3. p. 275. D. edit. Montf." M. μομφὴ βλύζεται ἐκ θυμοῦ eiusmodi loquendi genus est, quod haud facile probes. Citat quidem Stephanus in thesauro ex Euripide, (Hecub. 961.)

λέγουσα μύθους, ὧν βλύων ἀφικόμην.

et sic exstat in editionibus meis Hervag. et Canter. Verum in omnibus recentioribus est κλύων, ne monito quidem lectore de varietate lectionis, ut pro vitio typographico id habuisse videantur editores. Κλύων eo loco confirmatur praeterea ex Schol., qui habet συμπιτνεῖ καὶ συναντᾷ ἡ δούλη σου αὕτη, ἀπαγγέλλουσα ἀγγελίας, ὧν ἀκούων ἀφικόμην. Verum si in nostro loco vel maxime βλύζειν probari possit, scribendum tamen est ἔβλυζεν, vel ἔβλυσεν.

v. 274. τὲ prorsus otiosum ad versum explendum insertum est. — Sollemnis in voce ψυχὴν spondeus sexto loco rursus occurrit. cf. ad v. 144.

v. 276. Homuncionem, qui tragoediam hanc effutivit, haud Graecum fuisse, monstrat hic versus vel solus; habes formam χύσασθαι (pro quo male etiam χύσασθ' dixit. cf. ad v. 33.), quam ad analogiam perfecti κέχυμαι composuit, verum haud eam Graecam. Est χέασθαι, pro quo Homericum est χεύασθαι. Exempla si desideres, cf. Fisch. ad Well. T. 3. p. 1. pag. 197. 198. Sic Soph. Oed. Col. 489. — Anapaestus praeterea sede quarta.

v. 277. Quae nunc sequitur Agamemnonis a Clytaemnestra accusatio, eiusque per nutricem defensio, eam haud ex Seneca expressit, sed ingenio suo debere videtur auctor. Prorsus vero de hoc loco valet, quod de prologo diximus; caret omni gravitate et dignitate. — Anapaestus in quarti pedis locum irrepsit.

v. 279. Spondeus secunda sede. cf. ad v. 7 et 13. „πρόσφορον. Sophocl. Electr. v. 227. „πρόσφορον ἔπος. Oedip. Colon. v. 1774. πράσ- „σειν πρόσφορα." M.

v. 280. Pyrrhichius initium versus occupat. cf. ad v. 37. Sequitur statim in primo pari loco spondeus. cf. ad v. 7 et 13.

v. 281. Anapaestus sede quarta.

v. 288. „Ἑλλάδος πέρι. *Quod Graeciam* „*attinet*. Est hic locus unus ex praestantissi„mis. Omnia enim a Clytaemnestra supra con„tra Agamemnonem memorata crimina, hic „deinceps ingeniose et probabiliter refutantur." M. De praestantia loci diximus ad v. 277. Ceterum duplici hiatu versus laborat.

v. 286. In Graecae linguae primis rudimentis grammaticis adeo scriptor noster nihil profecit, ut a φονεύω infinitivum aoristi faceret πεφονευθῆναι, pro φονευθῆναι. — In αὐτοῦγε abundat particula γέ.

v. 288. φονοῦντος. cf. ad v. 231. αὐτόματον· deberet esse αὐτομάτου. Ut nunc scriptum exstat, refertur ad Palamedem, quasi is sponte se occidi passus esset. — Anapaestus sede tertia.

v. 289. Pyrrhichius sede tertia.

v. 290. „αἰτοῦντος - χρόνου - τῶν θεῶν. Id „est αἰτοῦντος τοῦ χρόνου, καὶ κελευόντων τῶν θεῶν. „Agamemnonis sollicitudinem ex isto oraculo „bene expressit Aeschyl. Agamemn. v. 213—„225. (205—217. ed. Sch. min.)" M. Latinum scriptorem, haud Graecum arguit vox χρόνος, quae perperam hoc loco pro καιρὸς adhibetur, quod utrumque verbum Latini per *tempus* reddunt.

v. 292. Spondeus sede quarta. cf. ad v. 144.

v. 293. τιθέναι ψυχὴν ὑπέρ τινος, ex novi foederis libris petitum est. Sic Evang. Ioann. 10, 11. ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. Graecum foret τίθεσθαι vel παρατίθεσθαι. Hom. Od. γ. 74.

οἷά τε ληϊστῆρες ὑπεὶρ ἅλα, τοίτ' ἀλόωνται
ψυχὰς παρθέμενοι.

Praeterea τεθεικέναι haud probum est tempus. „τῶν παρθένων nimirum τὴν ψυχὴν τιθέναι, ἤγουν, „προδιδόναι." M. Scribendum erat τὴν τῶν παρθένων.

v. 294. „Hoc responsum pertinet ad vers. „281. ἄγειν δάμαρτι παλλακίδα." M. In tertia sede est creticus cum hiatu. Haud enim dactylum esse, monstrabit observatio ad v. 189. — ἄγειν δόμον est Latinorum *agere domum*. Graecorum est δόμονδε, vel ἐς δόμον ut v. 281.

v. 296. ἐξαιρέεσθ' pro ἐξαιρεῖσθαι. cf. ad v. 33.

v. 297. σκέπτεσθ' pro σκέπτεσθαι. cf. ad v. 33. — „ὅπως, id est, num temere, an con„siderate et prudenter." M.

v. 298. „τοιαῦτα hoc est facinus ita audax, „atrox et periculosum. Seneca pag. 560. (Agamemn. v. 203.)

Re-

Regina, frena temet, et siste impetum
et, quanta tenres, cogita etc."

M. φονεῖν cf. ad v. 231.

v. 299. ὃν οὐδὲ-ὃν οὐδὲ pro simplici ὃν οὐδὲ-οὐδὲ, omnino falsum est.

v. 300. „Ἀχιλλεὺς· acerrimus eius adver-„sarius et contemtor. Seneca ibidem (v. 208.)

quem non Achilles ense violavit fero.

„Post hunc versum deficit apographum Ale-„xandrini codicis." M.

v. 301. „σὺ· cum sis mulier. Seneca l. l. „(v. 207.)

hunc fraude nunc conaris et furto aggredi."

M. δ' post σὺ insertum est, unice metri causa. In ὦ ἄνασσα est hiatus. — Sede quarta est spondeus. cf. ad v. 7 et 13. — σκευάζειν φόνον qui dixerit Graecorum, haud memini. Habet scriptor hoc ex Senecae versu 218.

hunc domi reducem *paras*
mactare, et aras caede maculari impia.

v. 302. „ἀνεκδίκητον, *inultum*, *sine vin-„dicta*. In lexicis auctoritate caret. Utitur „eo Chrysost. T. 5. p. 425. D. Seneca p. 561. „(v. 220.)

victrix inultum Graecia hoc facinus feret.

„Aeschylus in Agamemn. v. 1420. (1422. ed. „Sch. mai. 1403. min.)

ἄπολις δ' ἔσῃ, μῖσος ὄμβριμον ἀστοῖς." 38)

M.

v. 303. „πλάττε. Mente finge tibi, memo„ria repete, quae passum sit Troicum impe„rium a Graecis ducibus et militibus, ne simi„lem fortunam experiaris, ne tibi ipsa interi„tum pares, mulier praesertim ac sola." M.

v. 304. „Etiam haec pro more suo dilata„vit Seneca p. 562. (v. 226 seq.)

Quod tempus animo semper ac mente horrui,
adest profecto rebus extremum meis." M.

Initio versus est trochaeus; similis ei, quem ad vers. 225 notavimus. — τόνδ' pro ὅν haud tragicum, sed Homericum est.

v. 305. „δεῖ τὰ πάντα. Aegisthus apud Ae„schyl. in Agamemn. v. 1613. (1615. ed. Sch. „mai. 1596. min.)

κἀγὼ δίκαιος τοῦδε τοῦ φόνου ῥαφεύς." M.

v. 307. Ἀποστρέψει erat in cod. Aug. ὑποστρέψει ex coniectura dedit Matthaei V. D. Optime factum, si bonum scriptorem habere-

38) ἔσῃ, καὶ μῖσος ed. Sch. mai. ἔσει, μῖσος ὄβριμον ed. Sch. min.

mus. Verum insulsus hic auctor suis fruatur deliciis! ad quas pertinet, quod statim sequitur δ' ἄναξ· ubi ad hiatum explendum δ' insertum est.

v. 308. Trochaeus in initio versus. σὺ enim corripitur, quod auctor ipse observavit v. 501. Similis foret trochaeus v. 246., nisi ibi sequeretur littera ρ. Ea enim saepe vices duplicis consonantis sustinet. cf. Brunck. ad Aristoph. Plut. 51.

v. 309. Laborat eodem vitio, quo praecedentem versum laborare diximus.

v. 310. ἔσσετ' pro ἔσσεται. cf. ad v. 33. — ἔσσεται pro ἔσται. cf. ad v. 211. — Quinta sede haud est anapaestus, sed creticus cum hiatu, cf. ad v. 294.

v. 311. Anapaestus quinta sede. — μὲ deberet esse ἐμέ. „θανάτου. Caedis, vindictae „causa, ut poenam sumam ab Agamemnone." M.

v. 312. „Seneca p. 551. vers. 48.

causa natalis tui,

Aegisthe, venit."

M. γέννησε pro ἐγέννησε abiecto augmento; de eiusmodi in initio omissione augmenti diximus ad v. 105. — Anapaestus est sede tertia.

v. 313. „Λοξίου. Apollinis enim oraculo „praedictum erat Thyesti, filium suum Aegi„sthum, ex filia sua Pelopeïa suscipiendum, „vindictam sumturum esse ab Atreo, eiusque „filio Agamemnone. Vide supra vers. 36. et „Senecam in Agamemn. v. 30.

Gnatae nefandos petere concubitus iubet.

„Ad fastidium ibi haec rursus dilatat Seneca, „atque omnia, ut ipse ait, *miscet, diem et „noctem*. Quod istud scriptorum genus mo„dum servare nequit." M.

v. 314. ψεύδε'. cf. ad v. 178. — εἰ ἔστι καὶ δύνῃ, indicativum cum coniunctivo posuit contra grammatices leges.

v. 315. „Aeschyl. Agamemn. v. 1619. 1620. „(v. 1621. 1622. ed. Sch. mai. 1602. 1603. ed. „min.)

οὕτω καλὸν δὴ καὶ τὸ κατθανεῖν ἐμοὶ,

ἰδόντα τοῦτον τῆς δίκης ἐν ἕρκεσια." M.

v. 316. „Non iniuriose autem haec dicit „Clytaemnestra contra Aegisthum, sed quia „iam olim a matre Pelopeia, feris devorandus, „expositus et morti devotus fuerat. Seneca p. „562. (v. 253.)

non est poena, sic nato mori.

„*Sic nato*, nimirum ex matre sorore. Vide „ibi reliqua." M.

„πρὶν τοῦδε τοῦ χρόνου. πρὶν cum Genitivo „legitur etiam apud Pindarum Pyth. 4, 76. „πρὶν ὥρας. Metri causa locum hic habebat etiam „πρὸ τοῦδε τοῦ χρόνου." M.

v. 317. σὺ δ' αἰτία· sine ulla necessitate, quam ut vitaret hiatum, δ' interposuit auctor.

v. 318. Quemadmodum in praecedenti versu δ', sic in hoc γὲ intrusit auctor, metri causa, ne trochaeum tertio loco poneret; quamvis quarto anapaestum poneret.

v. 319. „ταῦτα, id est, τὸν σὸν θάνατον, „τὸν σὸν φόνον." M.

v. 320. „αἷμά σοι δώσει τὸ σόν. Malim τίσει, „loco δώσει. Hom. Iliad. α, 42.

τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν.

„Sed in cod. Aug. αἷμά σοι δώσει τὸ σόν. Δώσει „videtur etiam legisse Seneca. *Sanguinem tibi dabit*, sive, *reddet tuum*. Haec ita in„terpretor: Agamemnon, domum delatus, „sanguinem filiae tuae, hoc est, tuum, caede „a nobis interemtus, suo sanguine reddet, suo „sanguine persolvet poenas effusi sanguinis fi„liae tuae. Seneca pag. 562. (v. 235.)

Sanguinem reddet tibi
ignavus iste ductor, ac fortis (i. e. *crudelis*)
pater."

M. Edidit V. D. τίσει; reduximus δώσει, e codice, et apertis Senecae verbis. Verum ut melius de inscitia nostri scriptoris iudicare possimus, Senecae locus est explicandus, quem interpres fere eodem modo, quo Matthaei Graecum, exposuit. Sic enim habet: *Sanguine suo rependet sanguinem filiae tuae Iphigeniae, ab illo caesae.* Haud satis accurate. Plura enim in verbis Senecae quaesivit interpres, quam iis revera inest. *Sanguinem dare*, est, *mortem adipisci sive invenire.* Senec. Thyest. v. 340.

Quis vox exagitat furor
alternis dare sanguinem,
et sceptrum scelere aggredi?

de Atreo et Thyeste. *Sanguinem reddere* est itaque, *mortem invenire, necari, ultionis causa.* Sensus itaque versus Senecae hic est: *Agamemnon sanguine suo poenas tibi dabit.* Iam Graecus iste scriptor illud *sanguinem reddere* vertit per αἷμα δοῦναι· deberet esse ἀνταποδοῦναι. Sed neutrum horum Graecum est. Verum faciles simus! sit utrumque

Graecum; quantus est, quaeso, nostri lapsus scriptoris, qui ne Latinam quidem linguam bene calluit? *reddet sanguinem*, Senecae sunt verba; utique *suum;* quid noster? *Agamemnon tibi dabit sanguinem tuum.* Nemo haec intelliget, praeter editorem, cuius notam vide; in qua perplacent haec, *sanguinem filiae tuae suo sanguine reddet;* quasi Agamemnon combibisset Iphigeniae sanguinem! Ni omnia nos fallunt, editor doctissimus, prava persuasione abreptus, genuinam hunc esse Sophoclis foetum, omnia, etiam ineptissima, explicare maluit et defendere, quam contrariam opinionem assumere. Luculentum huius rei exemplum sequens etiam versus praebebit. Ad αἷμα τὸ σὸν explicationis causa adiecit scriptor ὃ ἐν τῇ θυγατρὶ ἔπασσεν, scilicet ne de Clytaemnestrae ipsius sanguine intelligeremus. Est itaque *tuus sanguis, quem in filia tua respersit.* Quid hoc est? quid est *respergere sanguinem in filia?* Versio editionis Mosquensis omnia plana reddit. Ambo hi versus sic Latine expressi sunt: *ille enim, cum venerit, sanguinis tui luet poenas, quem olim in filiae caede dispersit pius.* Talia si vir magni nominis in veterum scriptis tractandis et illu-

strandis admittit, quid est, quod nobis illicitum putemus?

v. 321. „εὐσεβής. Ironice. Seneca, *igna-„vum ductorem*, ut alia, de suo videtur ad-„iecisse: loco autem εὐσεβής ποτε, videtur le-„gisse, εὐσθενὴς πατήρ." M. Pyrrhichius secunda sede cf. ad v. 37. Porro deest augmentum in πάσσεν.

v. 322. „Vide Senecam l. l. v. 237. 238. „Sophocl. edit. Brunck. T. 4 p. 602. [39])

τὸ δ' ὠχριᾶσθαι, θλιβομένης τῆς καρδίας."

M. Senecam aperte ante oculos hic habuit Graecus auctor, sed ita ut eius Spiritum haud aequare valeret.

Sed quid trementes circuit pallor genas,
Iacensque vultus languido obtutu stupet?

v. 323. „Contraria invicem iungit Alciphr. „lib. 3. epist. 3. ὁ χρέμης — ὁ κατεσπακὼς τὰς „ὀφρῦς, ὁ ταυρηδὸν πάντας ὑποβλέπων — χαλάσας „τὸ βαρὺ καὶ ἀμειδὲς, ἀνεὶς τὰς ὄψεις, ὑπεμειδία „πρός με." M. Anapaestus cum hiatu sede prima; ἀμειδέα pro ἀμειδέσι, inaudita τοῦ iota abiectione.

v. 324. „Sophocl. p. 80. (Electr. v. 22.)

οὐκέτ' ὀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ' ἔργων ἀκμή." M.

[39]) In fragm. I. ex satyrico dramate, Amphiarao.

v. 325. „Cum Aegistho enim modo non „legitimo consueverat. Igitur in Electra So- „phocl. v. 97. κοινολεχὴς Αἴγισθος appellatur. „Idem Clytaemnestrae obiicit Electra ibid. „pag 108. (v. 586.) αἴσχιστα πάντων ἔργα κ. τ. λ. „Et Euripid. Electra v. 166. δόλιον ἔσχεν ἀκοίταν. „Seneca haec reddidit pag. 563. vers. 239 seqq." M. Senecae verba sunt:

Amor iugalis vincit ac flectit retro.
Remeemus illuc, unde non decuit prius
abire: sic nunc casta repetatur fides.

v. 326. „τῇδ' *huc*, versus maritum, legi- „timo matrimonio iunctum. Forte a principio „legendum: πείθει τε κάμπτειν." M. Spondeus quarta sede, toties notatus.

v. 328. „Seneca l. l. v. 242.

nam sera numquam est ad bonos mores via.

„His continuo de suo subiicit:

quem poenitet peccasse, paene est inno-
cens."

v. 329. δ' prorsus otiose insertum. — εἶν' pro εἶναι cf. ad v. 35.

v. 330. Neque hic placet δὲ. — Seneca v. 244. 245.

Quo raperis amens? credis aut speras tibi
Agamemnonis fidele coniugium?

v. 331. τύχ' pro τύχῃ. cf. ad v. 33. — Per hunc et sequentem versum quatuor Senecae versus expressit v. 245 — 249.

v. 333. „βάλλειν, i. e. ἐμβάλλειν· mox est „προσβάλλειν." M.

„εὐήμερος. Praeclare Euripid. Iphigen. in „Aul. vers. 345.

ἄνδρα δ' οὐ χρεὼν
τὸν ἀγαθὸν, πράσσοντα μεγάλα, τοὺς τρόπους
μεθιστάναι.

„*indignum vero viro honesto, cum splen-* „*dida utitur fortuna, mutare mores.* Vid. „Seneca l. l. vers. 246 seq." M.

v. 335. Iterum δ' importune inseruit auctor. „Seneca l. l. vers. 250. 251.

quid rere ad animum suapte natura trucem
Troiam (i. e. *Troiae expugnationem*) addi-
disse?

„Soph. Trachin. v. 41.

ἐμοὶ πικρὰς
ὠδῖνας αὐτοῦ προσβαλὼν ἀποίχεται,

„et pag. 125. (Electr. v. 973.)

εὔκλειαν — —
σαυτῇ τε κἀμοὶ προσβαλεῖς." M.

v. 336. „θυμῷ παραφρονῶν talem etiam Ho- „merus notavit Agamemnonem." M.

v. 337. „κάρα. Sic Euripid. Medea vers. „1371. (1368 Pors.)

οἵδ' εἰσὶν, οἴμοι, σῷ κάρᾳ μιάστορες.

„Item Electra vers. 55. 108. 778. Ita quoque „Sophocl. in fragmentis edit. Brunck. p. 605 [40]. „περὶ δ' ἐμῷ κάρα." M.

v. 338. Spondeus loco quarto. cf. ad v. 144. — „λόφον. Scholiasta Aeschyl. edit. „Stanl. p. 125. λόφος δέ ἐστιν, ἡ λεγομένη ἱππου-„ρις, ἣν ἄνω τοῦ κράνους πηγνύουσιν. Hoc loco, „translate dictum, notat *decus gloriosum*, „*victoriae insignia*." M. Utinam exemplis vir doctissimus hanc translatam significationem illustrasset. λόφος est *crista galeae*; militum, praecipue ducum, insigne, quod Agamemnon non expugnata demum Troia accepit, sed semper gestavit. Ineptum itaque est hoc dictum: *expugnatio Ilii capiti dedit cristam*. λόφος est praeterea *avium crista*, quam forsan in animo habuit scriptor; *surgit crista* Latinum loquendi genus est de iis, qui se efferunt. Notissimus est locus Iuvenalis 4, 69.

et tamen illi
surgebat crista.

40). Fragm. 2. ex Ἀχαιῶν συλλόγῳ.

cf. Erasm. Adag. chiliad. 1. centur. 8. num. 69. (locus Aristophanis, quem citat, est in Pace v. 564.). Neque tamen unquam hac formula Graeci sunt usi, et abhorret ea prorsus a subli-miori oratione, comicae et satyricae conveniens. „ὑπέρβιον· id est ὑπέραυχον. Dicitur vero etiam „in bonam partem. Apoll. Rhod. 1, 820.

εἰσόκε τις θεὸς ἄμμιν ὑπέρβιον ἔμβαλε θάρσος." M.

v. 339. Mala particularum collocatio est in his, εἰ κ' οὐδὲν εἴη δ' ἄλλο· et statim post σοὶ iterum δ' interiectum ad hiatum vitandum.

v. 340. Hoc versu metrum quidem non postulat insertam particulam δε. Sed sunt eius-modi huius scriptoris deliciae.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Quod ipsi suspicati eramus, (*p.* 97. *not.* 7.) fore ut non sine vitiis typographicis hic libellus excuderetur, id nunc evenisse maximopere dolemus. Quorum vitiorum cum tantus sit numerus, partem quidem in nos nostramque incuriam recipimus, tum propter obscuriores literarum ductus, quibus uti solemus, tum propter nimiam festinationem, qua redemtori opus urgenti manuscriptum, necrevisum nec correctum, erat mittendum.

Pag.	VI.	lin.	11. ἀνδρος lege ἀνδρὸς.
—	X.	—	6. *esse* l. *est.*
—	XII.	—	6. *Erationum* l. *Erotianum.*
—	XVII.	—	1. νόστου l. νόστον.
—	XIX.	—	3. κινδυνοῦ l. κινδύνου.
—	XX.	—	16. *Sophocles* l. *Sophoclis.*
—	XXII.	—	8. Delenda vox est *eam.*
—	XXIV.	—	2. *sola* l. *solis.*
—	XXV.	—	23. *eiusmodi* l. *eiusmodi formas.*
—	XXVI.	—	4. *esse* l. *est.*
—	XXXIII.	—	9. *incipiens* l. *incipiente.*
—	XXXIV.	—	5. *Poss.* l. *Pors.*
—	XXXVI.	—	13. v. 86. l. v. 88.
—	XL.	—	21. *probandas* l. *probandos.*
—	XLIII.	—	9. Κλυταιμνηστρ᾽ l. Κλυταιμνήστρ᾽.
—	LII.	—	1. *Lattinae* l. *Latinae.*
—	55.	—	2. δεκετεῖ l. δεκαετεῖ.
—	60.	vers.	33. Μυκῆς l. Μυκῆν᾽.
—	62.	—	64. αἰθέρ. l. αἰθέρι.

Pag. 65. vers. 114. σῆ l. σῇ.
— 66. — 126. Pone signum exclamandi, haud interrogandi.
— 133. δε l. δέ.
— 67. — 136. τι l. τί.
— 145. στιν l. στίν.
— 68. — 151. τουμον l. τοὐμόν.
— 69. — 158. αἰδως l. αἰδώς.
— 70. — 174. τι l. τί.
— 71. — 177. αὖξ l. αὔξ.
— 72. — 182. In fine pone signum interrogandi.
— 183. ποτε l. ποτέ.
— 185. κινησ' l. κίνησ'.
— 186. γένους; l. γένος.
— 76. — 221. χ' οὐδ. l. κ' οὐδ. ut iam v. 194.
— 77. — 241. ὅσὸς l. ὁ σὸς.
— 78. — 251. καὶ σὲ l. καί σε.
— 254. Comma dele post οὐδ' et pone post Μαχάων.
var. lect. μάχῶντα l. μαχῶντα.
— 79. — — εις l. εἰς.
— 83. — — ad v. 295. dele verba *cf. not.*
— 85. vers. 314. ἐστι l. ἐστί.
— 315. δήσοι l. δή σοι.
— S6. — 318. και l. καί.
— 87. var. lect. ιοτα l. iota.
— 89. lin. 13. *Cap.* 1. l. §. 2.
— 91. — 5. *Horatiarum* l. *Horatianum.*
— 19. *posterum* l. *posterorum.*
— 94. — 12. *inservit* l. *inseruit.*
— 20. *abundans* l. *abundantem.*
— 98. — 6. lege: κὴν exstat in Anthologia ut in Anal. Brunckii T. 2. pag. 87., pag. 108. etc.

Pag. 99. lin. 10. *Var.* l. *Ver.*
— 100. — 7. *secrare* l. *secrari.*
— 102. — 3. *Cap.* 2. §. 1. l. §. 6. *a.*
— 109. not. ad v. 25. Addeverba: τὸν τάλαν pro τὸν τάλανα nemo Graecorum dixit.
— 111. lin. 20. dele voculam *eas.*
— 21. dele verba *de quibus in prolegomenis diximus.*
— 25. *postulat* l. *postulabat.*
— 119. — 6. μάστιγ' l. μάστιγι.
— 121. — 10. στῆς l. Γῆς.
— 122. — 11. *esse* l. *fuisse.*
— 123. — 16. *Ionique* l. *Iovique.*
— 127. — 1. dele punctum post vocem *Homericus.*
— 129. — 25. οὗτος l. ωὗτος.
— 132. Post lin. 19. *adde hanc notam:* v. 85. Tragici scriptores non usi sunt Accusativo Ἀπόλλωνα sed Ἀπόλλω. cf. Pors. ad Euripid. Orest. 584.
— 135. lin. 9. *adde hanc notam:* v. 102. φονοῦντα cf. ad v. 231.
— 138. — 14. dele punctum post *fabulae.*
— 139. — 20. *etiam* l. *potius.*
— 142. — 25. ψαύαφ l. ψαύα.
— 143. — 2. *incipitantem* l. *incipit autem.*
— 147. — 23. „21. l. 21."
— 148. — 1. φόνος l. φόνου.
— 153. — 2. *notat in* l. *notat.*
— 22. ὁ πηνίκ' l. ὁπηνίκ'.
— 155. — 2. 3. dele totum hoc ex Sophocle petitum exemplum.
— 165. — 25. *excusaret* l. *excuset.*

Pag. 167. lin. 3. *notus* l. *Notus*.
— 12. *patebat* l. *patebit*.
— 168. — 16. *prologomenis* l. *prolegomenis*.
— 174. — 22. dele verba *cf. prolegom.* — Ceterum in sequentibus humani aliquid mihi accidit, metricum vitium Senecae obiicienti, quod falsissimum est.
— 175. — 8. ὁ ὑμὸς l. οὑμὸς.
— 176. — 23. μεὶν l. μὲν.
— 25. *quas* l. *quos*.
— 26. *one* l. *ore*.
— 177. — 18. *foras* l. *focos*.
— 181. — 26. ασμενος l. ἄσμενος.
— 183. — 9. *omnia* l. *omina*.
— 187. — 23. dele verba: *praeterea* usque ad *potuissemus*.
— 189. — 19. *exemplo* l. *exempla*.
— 190. — 26. *posset* l. *possit*.
— 193. — 26. dele comma post *mortem*.
— 194. — 9. *reduci* l. *reduce*.
— 195. — 19. pone comma post *petitum*.
— 196. — 19. Ἀτρείδα l. Ἀτρείδε.
— 197. — 1. βασιλῆς l. βασιλῆϊ.
— 203. — 8. *nsignis* l. *Insignis*.
— 12. pone comma post *fortunae*; tum scribe *ut*.
— 212. — 19. ἕρκεσια l. ἕρκεσιν.
— 213. — 14. post M. adde haec verba in hoc versu adversus linguae leges auctor μὴ pro οὐ posuit.
— 216. — 18. χρέμης l. Χρέμης.
— 219. — 6. κάρα l. κάρᾳ.